concordanter: Ven. Fort. uita Albini Andegau. 9 *ad pontificalem gradum c. eligitur.*

concrepantia: Cassiod. in ps. 44, 15 *'ab intus' significat secreta sensuum, non concrepantiam labiorum* [7]).

---

concolligere ib.; — *condegere* C; — *condescendibilis* B; — *condescensio* Philastri haer. B, „Hilar. frgm. hist. 12 n. 3" (?), Rustic. c. Aceph. p. 1176 'c. non perfectam affert laetitiam, tanquam quae non propter id quod principaliter quaeritur proprie fiat, sed propter infirmorum fragilitatem', „Dionys. Exig. uita Pachom. 32", Ps. Euch. et Greg. M.: B.

7) Recc. sunt in -ntia (a part. praes. uel sim.): abnuentia, adiacentia, adipiscentia, aduigilantia, aequiparantia, aequisonantia, aientia, allubentia, apparentia, armipotentia, assistentia, attollentia, benefragrantia, beneolentia, carentia, cernentia, circumferentia, circumfluentia, circumspicientia, cognoscentia, cohibentia, colligentia, compatientia, competentia, compugnantia, concedentia, concidentia, concrepantia, concupiscentia, conferentia, confluentia, conspicientia, consulentia, contingentia, conualescentia, conuertentia, defetiscentia, deficientia, delinquentia, deuergentia, dictoaudientia, diffluentia, dignoscen-

condescensorie: Rustic. c. Aceph. p. 1176 *dispensatiue* (cf. C p. 6* et 25*) *et condescensorie propter pacem dictum est a . . Cyrillo in epistula ad Joannem 'consubstantialis nobis secundum humanitatem'*, ib. inf. *alioqui manifestum est, quoniam*

---

condesperatus B; — *condimentarium* C; — *condiscumbere* ib.; — *conditorius* adi. A; — condonatrix A*.

tia, discentia, disconuenieutia, dissonantia, distemperantia, diuinantia, efficantia, effigientia, effluentia, effulgentia, erubescentia, exigentia, expauescentia, expedientia, exsistentia, exsultantia, extollentia, exuberantia, exundantia, falsidicentia, festinantia, fluentia, fructificantia, horrentia, ignoscentia, immoderantia, impeccantia, impoenitentia, impraescientia, improuidentia, inabstinentia, inaudientia, incongruentia, inconsonantia, inconuenientia, indeficientia, indictoaudientia, indifferentia, inelegantia, inexperientia, innotescentia, inobaudientia uel inobedientia, inobsequentia, inreticentia, insufficientia, inualentia, inundantia, iuuantia, maleloquentia, manentia, mercantia, multiloquentia, multinubentia, multiuorantia, nescientia, nocentia, nolentia, noscentia, obaudientia, obtemperantia, obtinentia, obuenientia, offerentia, olentia, omnicognoscentia, omniexsistentia, omnifluentia, omniintelligentia, omnipotentia, omniuidentia, omniuiuentia, oppugnantia, oscitantia, parientia, paruipendentia, peccantia, perferentia, peruigilantia, placentia, praeabundantia, praecedentia, praecellentia, praecipitantia, praecognoscentia, praeeminentia, praexsistentia, praeintelligentia, praenoscentia, praepollentia, praepotentia, praescientia, praeualentia, praeuidentia, priuantia, pudentia, quiescentia, recordantia, refrigescentia, refulgentia, relactantia, reminiscentia, renidentia, renitentia, repetentia, resipiscentia, resistentia, resplendentia, reuiuiscentia, sequentia, sibiplacentia, splendentia, squalentia, suaueolentia, suauifragrantia, subiacentia, subintelligentia, subsequentia, subsistentia, subtililoquentia, sufferentia, sufficientia, superabundantia, superantia, supereminentia, suspicientia, sustinentia, titubantia, transscendentia, tumentia, uacantia, uerberantia, ueridicentia, uolentia, urgentia, — 177 (noue regesta 44). Cf. HA. p. 11* (cl. 57*), A n. 25, C p. 18 n. 12.

condescensorie dictum est, ut lucraretur Orientales al.; — adi. non comparet, nec magis primitiuum (in -sor).

conducibiliter: Aug. lib. arbitr. III, 23 *cum aeger aqua frigida conducibiliter delectatur* (adi. iam uett).

confari: Cassiod. in ps. 29,13 *'confitebor'* . ., *quasi confabor, id est cum sanctis aeterna Te uoce laudabo.*

confatio: Cassiod. in ps. 74, 1 *confiteri est, sicut saepe diximus, multorum confatione aliquid profiteri,* in 99, 1.

confectus, us: Aug. in ps. 147, 24 *propter confectum tunicae futurae.*

confrictio: Coel. Aur. tard. III, 2, 16 *dentium confrictio siue concubitus;* — confricatio (p. II s. u.)

confusor: Aug. in ps. 32 serm. 2,5 *propter quosdam iniquos discretores et turbulentos confusores.*

congeminus: Aug. in ps. 77,9 *sic Esau congemino suo . . Jacob* (praelatus est), *sic Phares . . congeminum suum etiam nascendo praecessit* (Gen. 38, 27 sqq.).

---

confaecatus A; — confibulare C; — confibulatio ib.; — *confluxus,* u B; — *confortator* C; — *confragositas* A; — *confusibilis* B, add. „Aug. Ciu. D. VII, 24" (?); — *congelescere* C (p. 5 et 25*); — *congloriari* C.

coniudicare: Petr. Chrysol. serm. 65 *coniudicat Patri.*

conscissura: Aug. in ps. 49, 9 *retia rupta significabant conscissiones et conscissuras haereticorum et schismaticorum.*

consolatrix: Aug. in ps. 55, 20 *suam reliquerat adiutricem, non mariti consolatricem,* Cassiod. in ps. 5 concl. (-tor uett.).

conspectare: [Fulg.] serm. 1 *pater ille sub scala conspectat Dominum non scalae incubantem, sed de terra nascentem* (cf. conspecta-bilis Ps. Cypr C s. u.).

conspiranter: superl. Aug. quu. in Hept. VI, 18 *nec istos tam cito deleuisset, nisi conspirantissime contrairent.*

consputum s.: Cassiod. in ps. 68, 11 *flagella, consputa, quae . . perpessus est,* — pro consputatio Isid.

consternanter: [Hilar.] anon. in Job II p. 197 *numquid consternanter tulisti requiem et gloriam?*

---

coniugabilis A; — *conquaestio* B; — *conquaternare* Vict. Pet. C, a quo sua mutuatum Primasium cit. De-Vit; — consacrilegus B; — consancire A*; — consceleratus B; — *conscotinus* ib.; — **conscriptor* A* et Beitr. III; — *consectatus*, u. C et Beitr. III; — *consecutor* A; — consedulitas ib. p. 17*; — *consegregatus* A*; — conseminatus ib.; — conserpentinus B; — conseruulus ib.; — *consparsio* ib.; — *conspectabilis* C; — conspissare A*, add. Ps. Soran. quu. medic. 185 'ita conspissatur ut . .'; — *constupratio* C et Erg. I; — *consubstantiatus* A.

consulentia: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. V, 15 *pertingit ad negationem potentiae reprehensio consulentiae.*

consumptorius: Cassiod. in ps. 65, 10 *iste ignis non consumptorius, sed purgatorius est* (consumptor Cic. all.).

consutio: Ps. Soran. quu. medic. 233 *consutio iuncturam . . et conglutinationem futuram pollicetur,* 245 (s. u. discoriatio).

contaminate: inc. quu. ex utroq. Test. 126 *si quis . . turpiter et contaminate uersetur.*

contaxare: inc. de unit. Trinit. p. 1207 t. 42 M. *quod* (Spiritus) *Trinitati contaxatur, quod nouit, capit et regit omnia, . . quod apostolos eligit.*

contectio: Aug. c. Julian. II, 6, 16 (s. u. succinctio).

contemptibiliter: Aug. doctr. christ. IV, 28 *quia non c. uiuit.*

---

consummate Erg. I; — *consummatorius* B; — *contemperamentum* A*; — *contemplatorius* B; — *contenebratio* A, add. „Prosp. in ps. 103"; — *contenebricare* A* (intr. et „III Reg. 18, 45 ap. Lucif. pro Ath. I", cit. De-Vit); — *contestatorius* B, add. „frgm. iur. ciu. ed. Mai. p. 41"; — contionabilis A; — *contradictiuncula* B et Erg. I; — *contradistare* A; — contraglutire ib.; — contraiacens C, add. „Boeth. de intpr. ed. pr. II, p. 352 Migne"; — *contrariari* A.

contuibilis: Cassiod. in ps. 147, 2 *contuibilem Deum,* ib. ad u. 3 *contuibilem Deitatem.*

contumeliari: Petr. Chrysol. serm. 11 *non criminentur naturam, non contumelientur auctori,* „gloss.“ Cf. synonyma huic uerbo uerba denominatiua conuiciari, ex- et obprobrare, iniuriare (B), ignominiare.

conuersor: Aug. in ps. 84, 8 (ad u. 7) *cum uocat te* (Deus ad Se), *conuertit te; cum conuertit te; sanat te; cum sauauerit te, uidebis conuersorem tuum, cui dicitur 'et plebs Tua laetabitur in Te'.*

conuiciosus: Aug. c. sec. resp. Jul. I, 11 *conuiciare quantum potes; quis enim conuiciosus hoc non potest?,* gloss. Hildebr.; — adu. *conuiciose* Aug. serm. 126, 8 'qui hodie conuiciose clamat, heri libenter audiebat', c. Petil. III, 15, 18.

* **copula** pro copulata (uel copulatus) h. e. coniux: Cassiod. Var. I, 37 *feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere* (. . uidemus tauros feminas suas cornuali concertatione defendere . ., et inf.: ita pro copulatis sibi animas ponunt), II, 10 *a tempore, quo iugalem copulam*

---

contyrannus B; — conuegetare et connegetatio A; — *conuersia* ib.; — connersibilis ib. et Beitr. III; — *conuictiuus* C; — conuiperinus B; — *conuiuiolum* C; — *conuocator* ib.; — *conuolutus*, us A; — coobaudire A*; — coomnipotens B; — *coopifex* B et Beitr. III.

animo uitiata dereliquit (sc. Agapita nomine quaedam), ib. 14, V, 33; — cf. copula pro copulatio i. e. coniunctio matrimonialis Cod. Theod., Nou. Val., C. Just.

***coquere:** Dynam. I, 21 *aqua, ubi radix eius* (apii) *coxerit, contra uenena prodest,* 49, II, 90, 106.

cornipedus: Dracont. carm. (ed. Duhn) VII, u. 81 (acer equus,) *orbita cornipedo sequitur quem ducta uolatu.*

coronatio: Aug. Ciu. Dei VII, 27, 2 *coronatione uirilium pudendorum, mercede stuprorum,* „gl. Cyr. *παστός, ἐπὶ νύμφης,* coronatio, thalamus".

correferre: Mar. Merc. expos. fid. Theod. 6 *correfertur* (nisi scribend.: coeffertur) *tam nuncupatione quam honore et Filii et Domini;* — correlatio Beda (Quich. s. u.).

correquiescere: Aug. quu. euang. I, 8 *cum non inuenerit, in quibus delectationibus correquiescat,* intpr. Ignat. ep. ad Mar. Cassob. C s. u., „Actt. S. Bonif. mart. n. 13".

corresurgere[8]): „Rufin. bened. patriarch. I, 6",

---

cordatio B; — *corporealis* ib.; — corpulentiuus C; — *corrationaliter* A (p. 14); — *correptor* A; — *correquiescere* C; — *corrigium* ib.

8) Cf. con-re-cumbere, corresupinatus, corresuscitare, — ipsa quoque recc.

Primas. in Ep. ad Rom. c. 6 *si complantati non sumus, nec corresurgemus.*

corruptilis: Primas. in Ep. I ad Cor. 15 *corpus corruptile in gloriae resurget augmentum*, N. Tir.; — usitatius erat corruptibilis, et ipsum recc. [9]).

coruscabilis: Cassiod. in ps. 118, 18 *sacerdos ueste pulcherrima et coruscabili tegebatur.*

coxale: Hier. in Zachar. III, ad 11, 14 *'et praecidi uirgam meam secundam, quae appellabatur funiculus', quae . . sic mihi haerebat, ut in Jeremia perizoma et cinctorium atque lumbare, siue, ut consueto uerbo utar, coxale sit appellata*, gl. Isid.

---

corsaluium ib.; — *cosmetorium* ib.; — *cossyphus* ib.; — *counare* ib., add. C. Aur. acut. III, 5, 60 'seruandus . . est supradictorum counatus atque coaceruatus usus'; — *counire* A, add. „Vig. Taps. c. Ar. II, 25 et 41"; — *counitio* A; — *coxendicus* C; — *cratella* ib.; — crementare A*, add. Fulg. M. III, 8; — *cremialis* (gremialis) A (oleum gremiale et Anthim. 67, 78); — *crepatio* A et Beitr. III; — *crepitatus*, us C.

9) Cf. declinata eodem modo e uerbis primitiuis eisdem bifariam et in -ilis et in -ibilis: flexilis, flexibilis; sensilis, sensibilis; deletilis, delebilis; — clusilis, *clausibilis* (cf. ann. 4); docilis, *docibilis;* electilis, *electibilis;* fastidiliter, *fastidibilis;* in-sensilis, *insensibilis;* missilis, *missibilis;* nexilis, *nexibilis;* scissilis, *scissibilis* Th. Prisc. (p. II s. u.); sculptilis, *sculptibilis;* sessilis, *sessibile* (¿ sedile, *sedibilis* inf. s. u.); structilis, *structibilis;* solutilis, *solubilis; — apertilis, apertibilis; in-collectilis, collectibilis; fluxilis, fluxibilis; inductilis, inductibilis; partilis, partibilis; reptilis, reptibilis; uersilis, uersibilis* et *uertilis, uertibilis.* De bifaria uel in -alis uel in -abilis figuratione (ut rationalis, rationabilis, — manabilis, manalis) uid. C p. 22 sq. n. 16.

crescibilis: Rustic. c. Aceph. p. 1172 *quod augetur, crescibile* (est). Cf. C p. 17 n. 9.

crudaster[10]): Anthim. 21 (ficatum incisum . .) *ungatur de oleo . ., et sic in subtiles carbones assetur, ita ut crudastrum sit, et calens ipsum manducent.*

crudiuus: Anthim. 74 (reliqua legumina si coctiua fuerint . . comedes;) *nam si crudiua* (sic codd. plurr., *γρ.* tamen et 'cruda'), *satis grauissime nocent.*

cuniculum (pro cuniculus): „Varr. ap. Capr. de uerbb. dub.", Festus (?) ap. P. Diac. p. 50 M.,

---

cristiger A; — *crucicola* C; — *crucifixor* B et Beitr. III; — *crudelescere* C; — *cubitatio* A*; — cucurbitella A; — *cumulanter* C; — curtalinus B; — *custodiarius* adi. A*, add. „inscr. ap. Grut. 48, 1"; — *cyclamen* A; — **cyclicus* A*.

10) Cf. alicastrum, Antoniaster, apiastrum (apiastellum App. herb., — apiastra Seru.), calamister et -strum, caluaster gl., canaster gl. *μιξοπόλιος*, catulaster s. catlaster gl. *βούπαις*, clargaster (=clericulus, cf. Cang. Gloss. med. et inf. Lat.), claudaster gl., falcastrum Is. Orig. XX, 14, 5, filiaster gl. *θυγατριδοῦς*, formastrum opus gl. Philox., fornaster Titin. ap. Fest. (*γρ.* formaster), fuluaster App. h., Fuluiaster, grauastellus Plaut., lotaster Grat., mancaster gl. Hild., mentastrum, nigellastrum gloss. Dief., nouellaster Marc. Emp., ocimastrum gl. Dief., oleaster, palliastrum App. (ut Met. I, 6: scissili palliastro semiamictus), parasitaster Ter., patraster (q. socer) inscr., petalaster (furfur) gl. Dief., philosophaster (uid. Ergänz. I s. u.), pinaster Plin. (pinastellus App. h.), porcaster „Aldh.", porcastrum App. h., puueraster gl. *ἀντίπαις*, pullaster gl. *πῶλος* et pullastra Varr. (subiicienda oua '*potius uetulis* — sc. gallinis — *quam pullastris*'), rapistrum, recaluaster Vulg., salicastrum (uitis in salictis crescens) Plin., siliquastrum id., surdaster. De hoc genere uid. L. Schwabe De deminutiuis graec. et lat., Gissae 1859, p. 71—73.

Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VI, 12 *quem etiam in cunicula deposuere foetentia* (Cassiod. Var. VIII, 30: antiquos cuniculos). Cf. flosculum Cassiod. (supra s. u. assonus) et floscula inf. s. u., et de tali nominum per genera uariatione A n. 18.

cymbalaria (herba): Dynam. II, 79 *cyclamini id est cymbalariae sucus;* — cymbalaris App. herb. Cf. 'anniuersalis'.

Damnabilitas: auct. Hypognost. V, 7, 11 *aliquos.. in omni scelere et damnabilitate . . perdurasse,* gloss.

decarminare: Cassiod. in ps. 130, 3. 4 *sed hic ordo nobis uerborum faciendus est, ut uersus huius decarminata contextio ipsa se magis exponere uideatur: si non humiliter sentiebam, sicut ablactatus super matrem, sed exaltaui animam meam* (textus ipse, quem exponere praesumpsit C., non demutato uel decarminato ordine uerborum, sic habet: si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablactatus super matrem suam, — in uers. Vulg.: . . sicut ablactatus est super matre sua); — simpl. carminare (carmen) Sidon.

decerptor: Aug. c. sec. resp. Jul. I, 16 (si hoc non fecisti, ille fecit qui de libris tuis ea, quae comiti Valerio putauit mittenda esse, decerpsit;) *quod eum non credens ego fecisse mendaciter, auctori tribui, quod decerptori debui,* ib. 23; — decerptio

---

debullire A*; — *decamyrum* A; — *deciformis* A*.

Non. p. 127ª (ed. Gerlach et Roth), Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 23 (pomorum).

decliuus: Cassiod. in ps. 16, 5 *cum ad uitia prolabimur, leue iter est ac decliuum,* — pro usit. decliuis. Cf. accliuis (-us Ouid. Met. II, 19, Manil. I, 232), procliuis (-us Plaut. mil. 1009, Varr.), — indecliuis A, ¿ recliuis Pall. I, 6, 15 'campo . . ad solem recliui' (γρ. reclini), VII, 2, 3 (sed γρ. reclines).

decolorate: comp. Aug. De duab. anim. 2, 2 *quanto decoloratius uiuat peccatrix anima* (decolorati corruptique mores id. ep.).

decrustare: Ven. uit. Germ. 77 *cum saxa frigus decrustaret, et aquas in crustam uerteret;* — crustare Plin. all., concrustatus Amm., incrustare Varr. Hor. postt.

dedignare act.: Dracont. carm. (ed. Duhn) IX, 28 *tumulos aut ossibus urnas dedignant animae.* Cf. dignare prisc., dignari pass. etiam Lucr. Cic.

dedolatio: Ps. Soran. quu. medic. 246 *anatresis id est pertusio et perforatio ossis decisi, desecatio, derasio aut dedolatio.*

defensabiliter (defensibiliter?): Cassiod. in ps. 79, 12 *maceria . . quae solet uineas defensabiliter*

---

decolligare ib.; — *decoratio* B, add. „Dion. Ex. cr. hom. 19"; — *defatiscere* C; — *defectibilis* ib.; — **defectus*, us A; — *deficax* ib. p. 21*; — defigurare A*.

circuire; — a di. defensabilis exstat iam apud Ambr., defensibilis tamen legitur apud Cassiod. de anim 2.

definienter: Aug. in Joann. tr. 14, 8 (si nondum accepisti testimonium eius:) *accipe, et signas, . . definienter agnoscis, quia Deus uerus est.* Cf. s. uu. conspiranter, dissonanter, interroganter, reluctanter, renitenter, et alia huiusmodi Augustiniana, ut continuanter gen. ad lit. IX, 15 s. f. al., doctitanter „gen. ad lit. imperf. 6" (doctitare gloss.), inconuenienter, inhianter c. sec. resp. Jul. I, 70 al., omnipotenter, praetereunter ep. 9, 4 al., proficienter (uid. inf. in ind. subpag.)

deflammatio: Ps. Soran. quu. medic. 245 (cauterismo subiacere) *incensionem et deflammationem et cetera his similia.*

* **deflectere:** Aug. in ps. 140, 25 (si interrogetis bene Graecos, negant graecum esse pascha.) *sonat ibi quidem πάσχειν, id est pati, sed non solet sic deflecti: passio enim πάθος graece dicitur, non pascha.*

defloratiuncula: Ps. Aug. Specul. 33 *non temeritate praesumptionis, sed auiditate tui desiderii huic defloratiunculae operam dedi, ut breue et manuale uerbum mecum de te semper haberem, ex cuius lectione, quoties tepefio, in tuum reaccendar amo-*

---

defiteri ib., add. Not. Tir.; — *deflorator* B; — **defluxio* A.

rem. Ad significationem cf. C p. 5* s. uu. deflorare et defloratio.

defoedare: [Fulg.] serm. 69 *noli defoedare coronam meam,* serm. 67.

deicida: Petr. Chrysol. serm. 172 *Judaeos haec* (inuidia) *fecit esse deicidas; deicidas diximus, non quo peruenit, sed quo facinus hoc tetendit.*

Deipassianus: Marcellin. Com. Chron. ad a. 512 *Deipassianorum quaternitas,* Rustic. c. Aceph. p. 1215 *qui Deum passibilem dicunt, Deipassiani uocantur.* Cf. traducianus inf. s. u.[11]).

deitare: Rustic. c. Aceph. p. 1201 *Deo inhumanato, homine uero deitato, uel qualitercumque quis*

---

dehonestas ib.; — *deificatio* B, add. „Mar. Merc. Nestor. serm. 2"; — delatrare C; — *delauatio* Th. Prisc. A, gloss. gr. lat. De-Vit (uerbum Th. Prisc.; — *delauatus* I, 32 'non delauatis prioribus', delotus IV, f. 314ᵃ Ald., delauabis I, 1 et 4 —, Apic. VIII, 7 'porcellum liquamine delauas'; — cf. praelauatus Th. Prisc. I, 27); — **delegare* c. acc. et inf. A*; — *deliciose* ib. et Beitr. III, add. „Aug. serm. 66, n. 3 ed. Mai."; — *delinitio* Beitr. II; — delinitrix A.

11) Adiectiuorum in -anus inclinatorum a nominibus appellatiuis (uel etiam a propriis dumtaxat non immediate, ut Romanus, sed per compositionem, ut cis-rhen-anus, r. transdanuuianus, deriuatorum) laterculos nondum me confecisse satis plenarios aegre nunc fero. Eorum tamen huius generis, quae olim perfunctorie e lexicis potissimum manualibus (ut Georges Lat. deutsch. Handwörterbuch ed. VI), enotaui, conumeratis paucis quae ipse adinueni, uett. sunt 72 — quo in numero p(ost) A(ugustum) 26 —, recc. 67. Cf. HA p. 17*.

nominat, it. p. 1192 A, 1203 AC al., — uocabulum ab ipso Rustico, ut uidetur, confictum, licentiosius quam rationabilius, ex eo, puto, quod est deitas; usitatius utique eccl. deificare.

deliquatitudo (deliquatus): Cassiod. in ps. 67, 3 *quoniam in iudicio Dei a facie Ipsius sic dispereunt peccatores, quemadmodum cerae deliquatitudo proximo igne consumitur.* Haud pauca quidem exstant in -ti-tudo desinentia a -tus finitis deriuata adiectiuis (ut altitudo, certitudo . .), a talibus uero inclinata, quae originitus sunt censenturque participia, haec tantum reperio: uett. beatitudo Cic. et postt.; partitudo Plaut. Aul., postt., sanctitudo pr(isc.), — recc. directitudo Cassiod. (inf. s. u.), disertitudo, promptitudo, rectitudo. Syncopata sunt (uidelicet -ti- ante inclinamentum, quod est -tudo, eliminata): assuetudo, consuetudo, desuetudo, mansuetudo, sollicitudo, recc. dissuetudo, insuetudo, inquietudo, quietudo.

demarcescere: Hier. (?) in psalm. 89 (herba quae uiret ac floret . .) *ad uesperam quasi demarcescit et decidit.*

demersus adi.: Rufin. Orig. in Cant. III p. 10

---

delubricare B; — demessio ib.; — denariarius C; — *denegatio* B, add. „Philastr. haer. 50, Gild. I, 15, gl.“; — *denotabilis* C; — deorbitare A; — *deosculatio* C; — *deplorabilis* ib.; — *deplorator* ib.; — **deponere* A; — deprehensibilis B; — *depressor* A.

Lomm. *qui . . demersiora scrutantur*, Coel. Aur. acut. II, 32, 165 (pulsus) *sui comparatione demersior* [12]).

depunctio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (s. u. discoriatio).

derelictor: Hier. (?) in ps. 88 *derelictores legis, iudiciorum oblitores.*

desecatio: Cassiod. in ps. 130 praef. *ramorum desecationibus*, in 149, 7 *unus ensis, sed duas desecationes habet*, Ps.-Soran. quu. med. 246; — desectio Col., Cassian.; cf. exsectio uett., exsecatio Cassiod., — resectio Col., resecatio Salu. et Valerian. (sec. V uterque) C p. 18* (secaturus iam Col., praesecatus App., resecatus Eumen.).

---

derasio A et Beitr. III; — deriuabilis A; — derogatiuus C; — *descriptionalis* A p. 17* et C p. 25*, cf. De-Vit s. u.

12) Participiorum perf. pass. instar nominum attributiuorum per comparationis gradus motionis exempla recc. hoc loco addimus haec: armatior Aug. ep. 73 s. f. (superl. „Sen. Benef. V, 4"), auctoratior Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 111 'dictiunculas protulisti, quibus si aliquid auctoratius potuisses offendere, ab his procul dubio temperasses' (cf. sup. s. u. auctorate), eliquatior inf. s. u. eliquatus adi., exercitior Coel. Aur. tard. I, 4, 99, cf. P. Diac. p. 81 M., expurgatior inf. s. u. expurgatus, feneratior Ambr. De paradiso 8, 41, impressior App. Polem. Physiogn. p. 106 Rose (Anecd. I), it. p. 141, lucubratissimus u. ps. II 'lucubratus', obstrictius s. u. obstricte, perpensior Ambr. in Luc. II, 1; segregatior Rufin. inf. s. u. expurgatus, separatior Ambr. De Elia 17, 91.

desiccatiuus: Dyn. II, 25 *cyminum uirtutem habet calidam et desiccatiuam,* Macer Florid.

desolator: Hier. in Amos III, ad 7, 4 sqq. '*cum carbonibus desolatoriis*' (Ps. 119, 4): *de his altaris carbonibus desolator carbo duorum Testamentorum forcipe prenditur, et Isaiae labia purgat, ut possit uerbum Domini prophetare,* Hier. (?) in ps. 119 et 140 ex., inc. de uisit. infirm. 8 *quid huic consolatori uel potius desolatori respondendum sit, si forte requiras,* „Aug. serm. 115 n. 5 ed. Mai.: astutia desolatoris uel fraudatoris" (quem locum unum habet De-Vit s. u.).

detersio: Coel. Aur. tard. II, 14, 203 (ob purgationem sordis . . foeni graeci decoctus succus, . .) *habet enim uirtutem foeni graeci semen mitissimae detersionis.*

detractorius: Ps. Aug. ad fratrr. erem. s. 3 *inflammat linguae mobilitas in adolescentia ad iocosa, . . sed in senili aetate ad detractoria* (detractor p. II s. u.).

deuiator: Ps. Aug. ad fratrr. erem. 29 *puritatis.*

---

desiderator B, add. „S. S. uers. aut. Num. 11, 34"; — *desociare* A; — desperaliter ib. p. 18*; — despuens B; — desubitare A; — *desudescere* C, add. „gl. Plac."; — *desuspicere* B; — *detabescere* A*; — deterioratio A; — *detestabilitas* B; — **detractatio* A*; — detuitio A; — deuiabilis ib.; — **deuotatio* C; — *diacalaminthes* A et Beitr. III; — *diacanthes* A.

diacardamum: Coel. Aur. tard. III, 4 (de iecorosis et lienosis), 55 *conuenit . . diaoriganum et diacardamum uel diathapsias et diasbestum.* — **diacentaureum**: id. ib. III, 8, 115 (cf. Amman ad l.). — **diaherpyllum**: Th. Prisc. A s. u., C Aur. tard. III, 5, 77 *trochiscos ex herpyllo uel feniculo confectos uel ex aristolochia, quos diaherpyllum uel* (= et) *diamarathrum et diaristolochian appellant.* — **diahyssopum**: id. ib. III, 8, 114 *medicamen quod appellamus d.* — **diamarathrum**: u. diaherpyllum. — **dianitrum**: C. Aur. tard. III, 8, 113 *quod appellatur d., ex fico atque nitro et absinthio confectum.* — **diaoriganum**: id. ib. III, 4, 55 (s. u. diacardamum), 8, 115. — **diapipereon**: id. t. II, 14, 212, III, 4, 59 diadyoinpipereon (IV, 3, 76 diatrionpipereon). — **diaristolochia**: u. diaherpyllum. — **diar(rh)oos**: C. Aur. t. II, 13, 159 *illud medicamen, quod libris celerum passionum memorauimus, de cardiacis scribentes* (ac. II, 37, 201), *et appellauimus diarhoos,* 4, 85, III, 2, 30 (*διὰ τοῦ ῥοῦ* Gal.). — **diasbestum**: id. ib. III, 4, 55. — **diomphacion**: id. ib. II, 4, 85 *ungendae gingiuae . . item . . diarhoos* (medicamine) *et diomphacion* (¿ *δι' ὀμφακίων*) *et oenanthio* (scribendum puto: diom-

---

diacastoreum ib.; — *diacerason* ib.; — diachrisma ib.; — *diacitrium* ib.; — *diacopon* ib.; — *diagentiana* ib.; — *dialthaeon* ib.; — diamygdalon ib.; — *diapeganon* ib., add. C. Aur. t. III, 8, 149 'utitur diapegano, quod ex ruta conficitur'; — *diaprasion* A; — *diarhodinon* ib.; — *diarrhoicus* ib.; — *diascorodon* ib.; — diasteaton ib.; — *diatheriacon* ib.; — *diffluentia* B.

phacion uel dioenanthes, cf. Alex. Trall. VII, 14, VIII, 7 al.).

diffugare: Aug. in ps. 41, 10 *nebulis diffugatis* Marcellin. Com. Chron. ad ann. 484 *exsulatis diffugatisque plus quam CDXXXIV orthodoxorum episcopis;* — cf. aufugare Ven. Misc. II, 9, 22 'aufugantur crimina', defugare Th. Prisc., effugare inf. s. u. effugatio.

diffusitrix: Fab. Claud. Gordiani Fulgentii De aetatibus mundi X p. 139 Mus. Rhen. Nou. t. XXIII *Atlanteas Niliaci liquoris diffusitrices cataractas intrepidus spectat;* — fusitrix p. II s. u., diffusor inscr., Petilian. ap. Aug. c. Petil. 92, 202 ex.

dinumerabilis: Cassiod. in ps. 150 concl. *qui arenam maris, . . creaturarum omnium naturas dinumerabili quantitate complectitur.*

dinumerator: Aug. in ps. 55, 10 *aucupes uerborum, dinumeratores paene syllabarum.*

directitudo: Cassiod. in ps. 101, 30 *intende, quare sit positum 'dirigetur'; scilicet quoniam, quae ibi suscepta fuerint, in aeterna directitudine collocantur, ubi nihil prauum, nihil potest esse distortum.* Cf. sup. ad u. deliquatitudo.

---

digestor A; — *dignificare* A*, add. „intpr. Ignat. ad Rom. 2 al."; — *dilapsus*, us B; — *dilectus*, us A; — *dilemmatus* C; — *dilucidare* Erg. I, cf. B; — dioxus A; — *dipsychus* et *dipsychia* C; — *director* A*; — *discalceare* C, cf. „Diom. I p. 378 K. (disculcio)".

discessor: Adamani s. Adamnani De uita S. Columbae I, 6 *quod . . monachum . . discessorem . . nauigio susceperit.*

discinctibilis: Coel. Aur. signif. d'aet. pass. 40 *quomodo discernis critice sudantem, hoc est discinctibili sudore, qui est necessarius, — ab eo qui diaphoresi soluitur?;* — „cod. distinctibilis", — quod et uerum esse puto, graeci κριτικός interpretamentum.

disciplinabiliter: Cassiod. in psalt. praef. 4 *chordarum fila disciplinabiliter plectro percussa*, in ps. 150, 4, hist. trip. I, 11; adi. id. in ps. 4, 4, in 150, 4 al., Isid.

discordiose: Aug. bapt. III, 15, 20, Facund. defens. X, 2 *quod crudeliter et discordiose fecerunt*, „Dionys. uit. Pachom. 45" (adi. Sall., postt.)

discoriatio: Ps. Soran. quu. medic. 245 (operationes chirurgiae . . generales sunt . .) *discoriatio, subcoriatio, depunctio, consutio, curatio, subcuratio, impunctio* . . (discorio ἀποδέρω gloss.).

discrepabilis: Cassiod. in ps. 100, 1 *si hae duae res discrepabili sibi uarietate dissentiant.*

discursor: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 5

---

dispensatorie A, C p. 6* et 25*, add. Hier. in Philem. ad 1, 10 'ut Philemon ille, prudenter et dispensatorie tantum in praefatione laudatus, non auderet negare, ne suis laudibus uideretur indignus', id. ib. ad u. 22.

uos discursores ciuitatis; — discursator. Amm. XXI, 7, 4, XXIX, 4, 7 al.

disseminator: Ambr. in ps. 36, 49 *luxuriae magistri, disseminatores incontinentiae*, gloss. Hildebr.

dissignator: Aug. morr. Manich. 13, 30 (electus uester tribus signaculis praedicatus, si quotidie ita uiuat, ut . ., . . reprehendi potest,) *damnari autem tanquam signaculi dissignator omnino non potest; si autem . . frusto pernae . . labra unxerit, solutor signaculi et gehennae illico destinatus . . iudicabitur*, cf. 16, 51 (corruptor signaculi); — dissignare Aug. Ciu. D. (XV, 16,2), c. Faust. Manich. XXV, 1, cf. Eugraph. ad Ter. Adelph. I, 2, 7; de scriptura autem dissignator loco eius q. e. designator Klotz Lex. s. u.

dissonanter: Aug. genes. ad lit. IV, 33 *de quo creatore scriptura ista narrauit, quod sex diebus consummauerit omnia opera sua, de illo alibi non utique dissonanter scriptum est, quod creauerit omnia simul* (Eccl. 18, 1).

distinctibilis: uid. discinctibilis.

distorsio: Aug. in ps. 66, 7 *merito prauitatis*

---

distemperantia A; — *distensio* ib. (p. 23 et 19*) et Beitr. III; — *diuinaculum* C (ad 'cod. Ashburnh.' add.: et ap. Rufin. Orig. in Num. ad l.); — * *diuinitas* concr. A, add. „Ps. Asc. ad. Cic. diuin. in Caec. 13, 41"; — *diuisibiliter* B; — docibilitas C; — *doctrinatus* A*; — *documentare* C; — *dolatorius* B; — dorsuosus A; — *dropacista* C.

et distorsionis et peruersitatis suae iudicem uenientem timebant; — distortio uett., cf. A p. 23.

dubitate: Rustic. c. Aceph. p. 1202 *hoc ipsum non dubitate posuit;* — indubitate Oros.

ductrix: Dar. Phryg. 36 (Neoptolemus) *Amazonum ductricem Penthesileam obtruncat.*

dulcificare: Petr. Chrysol. serm. dub. 6 *oratio . . ieiunium dulcificat.*

dulcisapa (q. caroenum, ut uidetur): Aldhelm. laud. uirginit. 60 *quantum distat d. a merulento temeto,* gl. Dief. (cf. Is. Or. XX, 3, 15); — dulcisapus Thom. Thes. 'quod dulce sapit', gl. Dief.

Effectorius: Aug. immort. anim. 14 *illa effectoria uis uacare non potest, quin id quod ab ea factum est tueatur,* ib. 15, de gen. ad lit. op. impf. 4, 16.

effragrare: Ven. u. Germ. 75 *cum . . sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret diuinis effragrare pigmentis.*

effugatio: [Hilar.] anon. in Job III p. 238 *mortis diem celebramus utpote omnium dolorum de-*

---

dulcifluus B; — *duodecastylus* A*; — *duodeciformis* ib.; — *duricors* ib. (p. 16* et 22*) et Beitr. III; — effectuosus A; — *efferascere* C; — *efficantia* B; — *efficiabilis* (?) ib.; — *efflatio* C; — effluentia ib.; — *effrigere* ib.; — *effulgenter* ib.; — effulgentia A; — effulsio ib.; — *effutilis* ib.

positionem atque omnium tentationum effugationem, Adaman. uit. Columb. III, 12, gloss. Cyr.; — effugare Hier., intpr. Iren., Auien., Caes. Arel., alii, fugator Tert., [Fulg.] serm. 59 'fugiat fugator, timeat persecutor'.

eiectatio: Ps.-Soran. quu. med. 39 *fracturis ossium et eiectationibus articulorum.*

eliquatus adi: Mar. Merc. Subnot. in uerba Juliani 9, 4 *probabiliora et eliquatiora sensa doctrinae.*

eminenter: Aug. in ps. 95, 1 *regno . . euidenter atque eminenter accepto;* compar. Amm. Sidon.

eneruiter: Aug. c. Faust. XXII, 50 *non eneruiter blandus,* „Eugypp. Thes. 23".

ennoematicus: Cassiod. in ps. 5, 6 *ennoematicae definitionis hanc esse uirtutem, ut negando quod non est hoc quod intendit declarare uideatur,* ib. inf. (ἐννοηματικός Justin. Martyr).

enudatio: Ambr. Noe 29, 112 *si enudationem eius* (animae) *discusserimus . . haec est enim enudatio uelut ebriae mentis, ut nesciat quod delinquat.*

---

elicitor B; — *elisor* ib., add. Cassiod. in ps. 80, 1 'non adiutor, sed elisor'; — *elucubratio* B; — *eludificari* ib.; — *emadescere* A; — emedullare A*; — emissaculum A; — emollescere A*; — *emplasma* A; — *encolpismus* ib.; — encolpizare ib.; — *encryphias* C; — **enuntiatio* A*.

enuntiator: Aug. quu. in Heptat. II, 17 *nihil aliud esse prophetam Dei, nisi enuntiatorem uerborum Dei hominibus,* „inscr.“; — enuntriatrix Prud., Innoc. pap. (sec. V).

enutritio: Hier. in Matth. IV, ad 24, 19 *initia habent fidei, ut enutritione indigeant magistrorum.*

ericinus (ericius): Aug. c. Faust. XXX, 1 *leporina et hericina carne,* ib. XXXII, 3, et, ut nunc uidetur, Plin. Val. V, 33, ubi *γρ.* hysicini (pedes), cf. A p. 35. De carne ericii uel erinacei (irenacei) Plin. Hist. Nat. XXX, 21, 65.

erutor: S. S. uers. uet. Ps. 69, 6 ap. Aug. in ps. 69, n. 8 *adiutor et erutor* (Vulg. liberator) *meus es Tu, Domine . .,* et Aug. ib. *Tu adiutor et erutor: indigeo auxilio, adiuua; implicatus sum, erue; nemo enim eruet de implicationibus nisi Tu,* Ps. 143, 2 ap. Aug. ad l.

euolatio: Hier. in ps. 54 *non ab alio sumam* (*γρ.* summam) *euolationem euadendae mortis, nisi a me ipso; potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.*

---

enuntiatus, us C. — epistolariter A*; — equistrator C; — *erector* A et Beitr. III, „inscrr.“ De-Vit; — *ereptare* A*; — *errollus* A p. 18*; — *essentialitas* A; — essentitas ib.; — *estus* part. ib. et C p. 25*, cf. Aug. Specul. ad Exod. 22 et comestio p. II s. u. (comestus et Anthim. 92 'si comesti fuerint' et saep.); — *euchymus* A; — euersare C; — *eupatorium* A, cf. „App. herb. 45“.

exacinare: excc. ex Physiol. 10 (erinaceus) *ascendit per uitem et exacinat eam, ita ut cadant omnes acini in terram.*

exalapare: Aug. in ps. 49, 6 *non adhuc exalapandus et flagellandus* (alapare gl., alapari dep. Commod.).

exaltatiue: Cassiod. in ps. 9, 33 *nunc exaltatiue propheta se conuertit ad quintam* (partem).

exaltatrix: Aldhelm. De septenario col. 216 t. 89 Migne . . *declamator declamatrix, . . exaltator exaltatrix . .*

examaricare: [Hilar.] anon. in Job II p. 137 *ipsis doloribus examaricati atque exaggerati amariores . . et peiores efficiuntur;* — amaricare S. S. uers. uet. et Vulg., Aug. (amaricatio p. II s. u.), inamaricare S. S. (Rönsch p. 193), Aug.

examinatrix: Aug. De sancta uirginit. 46 *si examinatrix desit tentatio* (examinator Tert. Aug. intpr. Iren. Cassiod.).

exaporiari: S. S. uers. uet. B s. u., Rufin. Orig. in Cant. p. 305 *nec aporiati exaporiantur, nec deiecti pereunt* (cf. A n. 58).

exarmatio: Ps. Cypr. sing. cler. 39 *armatura uirium et exarmatio fluxurarum.*

---

exaggeratorie A*; — *exagitatio* A p. 26 et 19*, add. „Aug. serm. 121, n. 4 ed. Mai., gloss. gr. lat.“ — *exaltator* C; — *exanhelare* A*; — exarguere ib.; — excalceatio ib.; — *excandidare* C.

excantator: Hier. comm. in Joel prol. *excantator uenenatorum morsuum.*

excessio: Hier. Orig. in Jerem. hom. 13 ex. *ut ante excessionis diem, si fieri potest, peccatorum sordibus emundati cum sanctis ualeamus assumi,* „Lact. ad Stat. Theb. IV, 599.“

excitatorius: inc. de uisit. infirm. II, 3 *exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria.*

excruciator: Aug. c. Gaudent. I, 21 *non tibi uideatur excruciator cordis leuior esse quam corporis.*

exenia (c. prosth. pro xenia): Aug. in ps. 25 enarr. 2, 13 *munera non solum pecunia est, . . non solum exenia* („omnes mss.“) *sunt,* „P. Diac. uita Greg. 24“. Cf. exempla ap. Rönsch Jt. p. 467, ut e S. S. uers. uet. estatio pro statio, Estephanus (Estienne), iscientia, inscr. Afr. ismaragdus (émeraude); cf. et Lachmann. ad Lucr. IV, 283, Corssen Ausspr. Vocalism. u. Betonung der latein. Sprache [2] t. II, p. 286—8.

exercitatorius: Aug. epist. 26, 2 *sapientia, quos*

---

excarnatus A; — excelsitudo A*; — **excessus* (ἔκστασις) B, add. „Vulg. Act. 10, 10 et 11, 5“; — *excisor* C, add. Adaman. De locis sanctis I, 4 'ferramentorum uestigia, quibus dolatores siue excisores in eodem usi sunt opere'; — *excitor* C; — excitus, us A; — exclamatiue A; — **exclusio* (ouorum) ib.; — *exclusorium* s. ib.; — *excolatio* A*; — excusamen ib.; — *excrepare* C; — *excretio* A. p. 18*; — *excubator* B; — *excubialis* ib.

primo alligauerit et exercitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, soluit postea, liberatisque sese donat ad fruendum, „inscr.“ (exercitorius Tert. Gai. Dig.).

exfilare: Cassiod. in ps. 38, 13 *a quibusdam uermibus sericum dicitur exfilari,* cf. P. Diac. Fest. p. 83; — exfibulare Prud., exfoliare Apic. IV, 129, exfornicari S. S. Ep. Jud. 7, exfigurare et exfretare gloss.

exhaustorius: Aldh. Septen. (inf. ann. 30).

exoccupare: Petr. Chrysol. serm. 65 in. *exoneremus animos, abiiciamus curas, exoccupemus sensus,* „Sarisb.“

exoratiuus: Cassiod. in ps. 17, 32 *'Deus meus', aggressus est dicere nescio quid exoratiuum, et subiunxit ei exitum inopinatum: 'impolluta uia Eius'.*

exordinatio (i. deiectio de ordine, ordinati depositio): Reg. Bened. 65 *hinc suscitantur inuidiae, rixae, detractiones, aemulationes, dissensiones, exordinationes;* cf. inf. 'quod si neque sic correxerit, tunc deiiciatur de ordine praeposituraе'.

expalmare: Aug. in ps. 56, 13 *colaphis percussum, expalmatum manibus,* gloss. gr. lat. *'ῥαπίζω* expalmo, alapo', gl. Isid. et Thom. Thes.

---

exinanitas C; — *exoperatus* A*; — *exorbitatio A*; — exordialis B; — *experimentare* A; — *expetenter* B; — explanatiuus C; — *expositio q. depositio A*, suppl. „Tert. pall. 5 (indumenti)“; — *exprobranter* C.

expolitor: Aug. in ps. 85, 12 *adducant fabros argentarios, aurifices, expolitores, sculptores, faciant deos.*

expulsorius: Dionys. Exig. (s. u. appetitorius).

expunctrix: Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. I, 37 *haec augusta uirtus, expunctrix uniuscuiusque meritorum;* — expunctor Tert.

expurgatus adi.: Rufin. Orig. de princc. I, 1, 7 *si* (mens) *expurgatior et segregatior sit a materia corporali.*

exsanguescere: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 14 (mens humana) *obruitur grandine timoris et doloris procellis, atque ad omnia exsanguescens dubia compos sui non sinitur manere consilii.*

exsculptio: Aug. in Joann. tr. 1, 9 *cum . . fabricam illam ad exsculptionem perfectionemque perduxeris.*

exsecutorius: Aug. c. Petil. III, 25, 29 *quidquid uel iudiciaria uel exsecutoria potestate . . fecerunt.*

exstirpator: Aug. in Joann. Epist. ad Parthos

---

exsalatus A; — exsaturatio ib.; — *exsecratus*, us C; — exsecutrix B; — *exsequenter* A; — exsiliatus A* add. „Aug. s. 189, 1"; — *exsistentia:* Mar. Victorin., Cand. Arian. (quos cit. B), Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. V, 8 'munus dicit piorum exsistentiam filiorum' (respiciens ad Aug. nuptt. et conc. II, 25: munus piorum propagatio est fecunda filiorum) al., Cl. Mam. an., Chalcid., Ferrand. (quos cit. B), Cassiod. Var. I, 10; — *exsistentialis* B, add. „hist. trip. V, 39"; — *exsistentialitas* B; — *exsistentialiter* ib.; — **exstantia* syn. exsistentia ib.

tr. 2, 8 *exstirpatorem siluae,* it. in ps. 95, 6, Reg. Bened. 31 *neque prodigus sit aut exstirpator substantiae monasterii,* et

exstirpatrix: Caesarii Reg. ad uirgines recapit. 20 *neque prodiga sit exstirpatrix substantiae monasterii, sed omnia mensurate faciat;* — exstirpatio Colum.

exsufflator: Aug. in Joann. tract. 11, 13 *aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi.*

exsulator: Petr. Chrysol. s. 123 *ipse Dominus primi hominis id est contumacis serui exsulator aduenit;* — exsulare trans. Hyg. fab., Dict., exsulatio Flor.

exsultatiuus: Cassiod. in ps. 37 diuis. *post haec prouenit, quae semper poenitentibus datur, exsultatiua conclusio.*

extaediari: [Hilar.] anon. in Job III p. 232 *loquebatur . . quasi extaediatus et molestiam passus atque anxius pro uehementioribus passionibus;* — taediari S. S. uers. ant., intpr. Iren. (locos Rönsch p. 158), intpr. Orig. in Matth. 90 (act. taediare Lampr., part. taedians Tert. Ambr. Veg. uet.).

---

exstrangulare A*; — *exsufflatio* B et Erg. I; — *exsuffocare* A*; — extemporaneus ib.

exterminabilis: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IX, 15 *et non uaniloquia et exterminabiles quaestiones ab isto audire patiamini clericos uestros aut plebem;* — inexterminabilis S. S. Sap. 2, 23 'quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem', Aug. pecc. orig. 4 al.

extraordinarie: Hier. in Eph. I, ad 2, 13 *ut eum semper, quem diligebat, etiam superflue et extraordinarie nominaret* al.

Fabricabilis: Aug. gen. ad lit. op. impf. 4, 15 *ut Spiritum operantem, aquam uero unde operaretur intelligamus, id est materiam fabricabilem,* et inf. *materia informis, materia fabricabilis,* gl. Philox. ἐογάσιμος.

fabricamentum: Primas. in Ep. ad Hebr. c. 5 *quasi fabricamenta.*

fabricatorius: Aug. Ciu. D. XII, 25 *si potentiam suam, ut ita dicam, fabricatoriam rebus subtrahat* (Deus), id. de gen. ad lit. op. impf. 4, 16 (cf. Georges l. l. p. 262).

facinorose: Aug. quu. 76, 1 *etiamsi . . facinorose flagitioseque uiuerent, saluos se esse posse per fidem,* c. sec. resp. Jul. V, 64; adi. Cic., pstt.

---

extricatio A; — *fabricius* adi. A, add. „Grom. ed. Lm. p. 401" (?); — *fabrilitas* B; — *fabulatio* A, add. „Vulg. Ps. 118, 85"; — *facia* A; — *factrix* B; — *falsor* A p. 18*.

famelicare: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 10 *non famelicas, sed reficis.* Cf. lubric-are (delubricare B), musicari, publicare, rusticari, uaricare.

fascinator: Primas. in Ep. ad Gal. ad c. 3 *qui apud nos inuidus, in graeco significantius ponitur βάσκανος, fascinator;* gloss.

fauorare: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 5 *fauoratus a sancto . . episcopo Valerio,* serm. 4, serm. 21; — fauorabilis p A. Cf. color-are, honorare, laborare, odorari (-re), torporare Turpil. ap. Non., Lact., uaporare, rigorare Plin., teporatus id., — *dulcorare* (ad Georges Lex. s. u. add. Hier. in ps. 76 'dulcorauit mare mortuum et amaras aquas') et *indulcorare* „Theoph. uita S. Macar. 13", gl., *ex-humorare, nidorare* N. Tir., *pudoratus, saporatus, uigorare* (cf. ann. 4).

fecundator: Jul. ap. Aug. c. Jul. VI, 8, 23 *fecundatorem mulierum,* it. c. sec. resp. Jul. I, 66.

fermentatio: Liberat. (sec. VI med.) Breuiar. causae Nestorian. 8 *fermentationem aut commixtio-*

---

famen C add. „inscr., gloss. *φάτις, βάξις*"; — *famidus* A; — *familiosus* ib.; — *fare* C; — *fatigator* ib.; — *fauillatim* A*; — *fellineus* ib., add. C. Aur. tard. IV, 7, 92; — *fenugraecum* A, add. C. Aur. acut. III, 3, 16; 8, 78 (sed tard. II, 14, 203: foeni graeci, et sic al.), „gloss."; — *fermentatrix* Beitr. II; — *fermentosus* A; — *festinantia* B add. „Actt. SS. Tarachi et socc. n. 10"; — *fibulatorium* s. A*.

nem naturarum, Rustic. c. Aceph. p. 1203 *non dixit sanctorum doctrina naturarum permixtionem, non dixit confusionem* al. (¿ pro ferrumentatio; — ferruminatio Paul. Dig., gl. *σιδήρου ἕνωσις ἐκτὸς μολύβδου.*

* **ficatum** significatione dilatata quoduis iecur, etiam hominis (foie, cf. Diez Roman. Wörterbuch uol. I [3] p. 174): Coel. Aur. signif. diaet. pass. 93 *ex quibus* (sc. signis apprehendis) *eos, quibus ex iecore, hoc est ficato, sanguis proiicitur?*

ficticie: [Hilar.] anon. in Job I p. 15 *iusti . . non plane, sed ficticie;* — adi. Plin. Vlp. Mar. Merc. (Beitr. I s. u.).

figuraticius: Primas. in Ep. ad Hebr. c. 10 *quatenus a figuraticiis transirent ad ueritatem;* cf. c. 9 p. 745 'aspersionibus figuratiuis in lege uti' [13]).

---

ficta C; — *fictiosus* A; — *fictorius* ib.; — figuratim A*.

13) Adiectiua deriuata a uerbis bifario inclinatu uel in -icius uel in -iuus, sicut figuraticius et figuratiuus, in promptu habeo haec (uett. et recc. discriminata, uti praemonitum est supra n. 4): *additicius, additiuus; aegrotaticius, aegrotatiuus;* ascripticius, ascriptiuus; *assimulaticius, assimulatiuus; coacticius, coactiuus;* collaticius, collatiuus; collecticius, collectiuus; *compacticius, compactiuus; compositicius, compositiuus; donaticius,* donatiuum; *erraticius,* erratiuus Front. diff.; *figuraticius, figuratiuus* (p. II s. u.); impositicius, impositiuus; *indicticius,* indictiuus; *inducticius, inductiuus;* insiticius, insitiuus; *instauraticius,* instauratiuus; inuecticius p. A., *inuectiuus; oblaticius, oblatiuus; obrepticius, obreptiuus; prouocaticius, prouocatiuus; subditicius,* subditiuus; subrepticius, *subreptiuus;* suppositicius Varr. Mart., *suppositiuus; traducticius, traductiuus;* translaticius, translatiuus.

figuratrix: App. Polem. Physiogn. p. 105 *figuratricem corporis animam esse;* — figurator Arn., Ps.-Tert. C p. 8*.

finaliter: Ven. Fort. uita Maurilii 25 *ut autem finaliter dicatur, indicibilia Maurilii multa sunt opera,* „Ps. Cassiod. amic.“ (qui flocci faciendus est); — adi. finalis Aug., ut Ciu. D. VIII, 8, Don., Macr., JCti, Sid.

floscula, ae: [Fulg.] serm. 6 *uideant unam floscula capitis mei.* Cf. sup. ad u. cuniculum.

fluxuosus: Ven. u. Germ. 45 *uenarum fluxuosi riuuli suscitantur, neruorum imbecillis stupor excutitur,* Hier. (?) in ps. 104 *inter fluxuosas* (γρ. fluctuosas) *huius mundi felicitates.*

foculare, is: Aldhelm. laud. uirginit. 38 *cum tamen cocturam aut assaturam alimentorum in focularibus praeparatam ad edulium refutaret.*

forasticus: Aldh. Septen. col. 167 M. *seculares et forasticae philosophorum disciplinae,* gl. Placid.

---

figuratus, us C; — *filialitas* A; — *fixio* A et Erg. I; — flagitiare C; — *flammifluus* B; — flammipotens ib., add. Drac. carm. (ed. Duhn) VI, 5 (Cupido); — *floriturus* A (et. „frgm. intpr. epist. Clement. pap. Spicil. Solesm. I p. 293“); — foeterosus A; — *foetosus* ib.; — **forensis* q. forasticus, exterior, extraneus A: add. Ambr. Hexaem. III, 3, 13 'una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diuersi sinus maris, ut quidam de scriptoribus forensibus ait', VI, 9, 58 'frons . . quae signis forensibus internam exprimat uoluntatem'.

formabilitas: Aug. gen. ad lit. V, 4 *in principio fecit Deus coelum et terram secundum materiae quandam, ut ita dicam, formabilitatem.*

fraglare: Dracont. carm. (ed. Duhn) X, 287 *mirata . ., subito quod sparsus ubique ambrosius sic fraglet odor,* ib. 119, gloss. Hildebr. 'fraglantes, bene olentes', — pro fragrare.

fraudifer: auct. Hypogn. IV, 1 *fraudifero flatu uenenosa et mortifera libido inflixa est* (protoplasto); — fraudiger [Cypr.] carm. de Genesi (114).

frenatio: Aug. c. Jul. V, 7, 25 *libidinis expugnatione, oppressione, frenatione et ad nihil illicitum permissione.*

frendescere: [Fulg.] serm. 11 *alia* (h. e. altera) *crudelitate frendescens doloris,* N. Tir.

frigidatio: [Aug.] Categ. 12 (s. u. calidatio).

friuole: Hier. in Mich. II, ad 7, 8 sq. *aliqui friuole mentiuntur,* „Symm. pap. ep. 1[α].

frontispicium (frontispice): inc. auct. (sec. V) De promiss. et praedictionib. Dei III, 38 *titulus*

---

formatilis A; — *formidator* B; — *fotor* ib. (fotio gl.); — *frequentatus,* us ib.; — *-frigui* A p. 31 et 19*, add. refriguisse Aug. bapt. VI, 3, 8, 'cum refriguerit' frgm. medic. (Class. auctt. ed. Mai. t. VII) p. 459 (cf. rugii Hier. in Osee III, ad 11, 10 et 11: . . rugierint . . rugierit); — **frixorium* A*.

aeneis literis in frontispicio templi conscriptus 'Aurelius pontifex dedicauit'; Thom. Thes. 'frontispicium, frontis inspectio' (hunc citant Quich. et De-Vit). Ad figuram cf. aus p i cium, extispicium, haruspicium[14]).

fructificantia: [Hilar.] anon. in Job I p. 25 *olim . . uiua atque crescentia cupiebant homines pecora atque agriculturam pro uictus fructificantia.*

frumentalis: Cassiod. in ps. 34, 21 *non in leuibus paleis, sed in frumentalibus granis;* — frumentarius uett. Cf. Epimetrum I.

---

f r u c t u o s i t a s A; — *f r u i t i o* C p. 10 et 25* add. Hier. in Philem. ad 1, 20 'ne putes illam fruitionem dici, qua nos saepe nostri inter nos praesentia delectamur'; — *f r u s t r a t o r i e* B; — *f u m i g a t i o* A, add. C. Aur. tard. I, 4, 122; — *f u n d a m e n t a l i s* B et -ter ib.; — f u n d a t e ib; — *f u r c u l o s u s* A.

14) Cf. porro aqu*a*gium, stilli*cī*dium, stiri*cid*ium, *bouicīdium*, fordicidium, *fratricidium*, homicidium pA (quo compendio significatur, uocem inueniri apud scriptores, qui post Augustum fuere, sed fere ante Antoninos), *infanticidium*, matricidium, parricidium, tyrannicidium pA, galli*cin*ium, tibicinium, uaticinium, man*cip*ium, municipium, participium, domi*coen*ium Mart., cor*dol*ium, aedi*fic*ium, artificium, (beneficium), lanificium, *lorificium*, (maleficium), mellificium, *nidificium*, opificium, *orificium*, panificium, *sanctificium*, uelificium Hyg. fab., uneneficium, lumbi*frag*ium, denti*fric*ium pA, *capitilauium*, spici*leg*ium, aquae*lic*ium, *alienil o q u i u m*, *altiloquium*, *blandiloquium*, *boniloquium*, *breuiloquium*, *falsiloquium*, *fatiloquium*, *inaniloquium*, *longiloquium*, *magniloquium*, *(maliloquium,) minutiloquium*, multiloquium, *parciloquium*, pauciloquium, *risiloquium*, *soliloquium*, *spurciloquium*, *stultiloquium*, *turpiloquium*, *uaniloquium*, ueriloquium, armi*lustr*ium, tubilustrium, mal*luu*ium, tauri*nic*ium, prim*ord*ium, lani*pend*ium, sti(pi)pendium, auri*scalp*ium pA, dentiscalpium Mart., *solsequium*, feni*sic*ium, iu*stit*ium, solstitium, *noctisurgium*, ferri*ter*ium Plaut., *faciter gium*, *manutergium*, *manutigium*, pannu*uell*ium, *misereuiuium*, *uiuicomburium*.

furiositas: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 36 *nihil turpius in pastore furiositate.*

Gargarismus: Coel. Aur. tard. II, 7, 99 *tum gargarismum damus calidum mulsum,* 6, 92, 13, 154; — gargarisma ib. 8, 116 'gargarismatibus utendum', 7, 108, Theod. Prisc. I, 10 et 15, II, chr. 7 (abl. pl. gargarismatis) al., Marc. Emp. p. 300 D, 304 G. Cf. A p. 25 ad u. encolpismus.

gaudenter: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 10 *ad mortem g. perrexerunt,* 26, Adaman. uita Columb. I, 16, II, 30, id. De locis sanct. II, 28, III, 4.

gannatura: Aldh. laud. uirginit. 47 *cum calumniae gannatura* (γρ. gannitura) *prolatum,* ib. 51 *subsannantis gannaturae ludibrium,* ib. 56, id. Septen. col. 171 t. 89 Migne al.

gehennalis: Aug. anim. orig. III, 6, 8 *supplicio gehennalis ignis ardere,* Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 68, Fulg. Rusp. Ad Trasim. III, 34 *aeterno . . gehennalis tormenti supplicio* al.

gemellarium: Aug. in ps. 80, 1 (fit in torculari conculcatio tribulatio pondus:) *et in his oleum eliquatur occulte in gemellarium, amurca publice per plateas currit,* ib. inf., ib. 11, 17 al., — gemellar

---

galacticus A; — *gallicaris* ib.; — *galnapis* C, add. „Caes. Arel. Test. et gloss."; — *genesiacus* B.

Col., adi. gemellaris „Itin. Burdegal.“ (De-Vit). Cf. frumentalis.

gentilicus: Aug. (?) Alterc. Eccl. et Synag. p. 1135 t. 42 Migne *Dei legibus aliena, quae gentilico more uiuebas*; cf. sputatil-icus et sim. A n. 47.

genuflexus part. perf. signif. mediali: Petr. Chrysol. serm. 61 *quod nomen omne, quod in coelo, quod in inferno est, tremens genuflexum summisso uertice confitetur* (iuxta Philipp. 2, 10); — genuflecti pass. Arnob. iun. in ps. 64 'non est . . gens, ex qua non genuflectetur Domino', nisi tamen seorsim 'genu flectetur' scribendum est, cf. De-Vit 'genuflecto'; genuflexio „Actt. S. Ignat. n. 7, Eucher. epit. Cassian. 1, n. 1“, Alcuin., gloss.

glariger: Aldh. laud. uirginit. 29 *in glarigeris sablonum litoribus.*

glaucire: App. Polem. Physiogn. p. 164 *qui glauciunt aliquatenus ut oues;* — glaucitare carm. de Philomela (glaucitat et catulus).

glorianter: Ps. Aug. ad fratrr. erem. s. 4 *quae glorianter . . sic uulnerata . . ducebatur ad carcerem.*

---

gera A (cf. hiera p. II s. u.); — *geusia* A; — *gibbosus* ib. (p. 32 et 20*) add. „Vig. Taps. Trin. II a med.“ (De-Vit); — *gignibilis* A; — gladiatoricius ib.; — *gladiola* ib. (ad formam cf. Quint. I, 6, 42); — *glarare* ib.; — *glatire* B add. „frgm. Suet. nat. anim. p. 250 Reiff.“ (glattilare Aldh.); — glebaticus ib.; — glebositas A; — *globatio* B; — *glorificatorius* ib.

glumulum (gluma: cf. A n. 18): Aldhelm. laud. uirginit. 19 *granigera spicarum glumula germinantes.*

glutitio: Ps. Soran. quu. medic. 59 *quid est cataposis? gluttitio cibi . .*

graniger: Aldh. laud. uirg. 19 (s. u. glumulum), ib. 28 *granigeris spicis*; — granifer Ouid.

grassatrix: Aldh. laud. uirginit. 26 *parcarum grassatrix non ulli parcentum atrocitas.*

gratificentia: [Hilar.] anon. in Job I p. 122 *solus super omnes . . immobilis gratificentiae et tolerantiae scuto se circumdans;* — cf. *ingratificentia* inf. s. u., et cetera generis eiusdem, ut beneficentia, maleficentia Plin. Lact., Chalc. in Tim. 286, magnificentia, munificentia, *honorificentia* (qua de uoce cf. Rönsch p. 50), *mirificentia.*

gratuite: s. u. perpetue.

gregiculus: Aug. ep. 93, 49 (tam late uastat haec pestilentia animas, ut multum mirer,) *si non etiam uestrum gregiculum penetrauit.*

gressutus: [Aug.] Categ. 7 *animal gressutum, uolatile, aquatile,* ib. 9 s. f., gloss. Hildebr. p. 158

**glutus* A et Beitr. III; — *glycy* A; — gratifice C; — *gratulanter* A p. 20* et 33, add. „Actt. S. Bonif. n. 3, Gaud. Brix. praef.“

'gressutus, pedester', Thom. Thes. Cf. cinctutus, — astutus, cornutus, nasutus, belutus (beluae similis P. Diac.).

grosse: comp. Aug. De duab. anim. 11, 15 *malui grossius quam scrupulosius definire.*

gulositas: Ps. Aug. ad frr. erem. serm. 31 *gulositati per abstinentiam occurrere.*

gurgitare: Cassiod. in ps. 35, 8 *uino nimio gurgitati mentis oppressione torpescunt;* — in-gurgitare iam uett., ut et aliorum uerborum denominatiuorum, quae praepositionata tantum agnoscit antiquitas, formae simplices apud recc. demum emergunt, u. c. feminare, herbans, hereditare, maciare, nucleare, oculare, riuare, sanguinare, tabulare, albare, altare, dulcare, ebriare, foedare, nigrare, summare, tristare.

gyrouagus: Reg. Bened. 1 *quartum genus est monachorum, quod nominatur gyrouagum, qui . . per diuersas prouincias ternis aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur, semper uagi,* „Sarisb." Cf. areniuagus Lucan., *igniuagus* M. Cap., Coripp. Johann. IV, 24 (equos sc. Phoebi), it. VI, 371 al., *ludiuagus* inf. s. u., remiuagus Varr. sat Men., ueneriuagus id. ib., uulgiuagus Lucr., aliaque A p. 4 ad 'altiuagus'.

---

gruinus A; — *gulositas* Beitr. II; — *gynaecia* s. A.

Halatio: Cassiod. in ps. 37, 12 sq. *de uxore sua dicit* (Job. 19, 17): *halitum meum exhorruit uxor mea. Quid, rogo, extraneorum fastidia, dum halationes eius uxoris caritas sustinere non posset?* [15]); — inhalatio id. anim. 10 'cum suauissimis inhalationibus condiuntur', halatus, us M. Cap., inhalatus, us App.

---

haesitanter C; — *hemitritis* A; — heredificare A*; — *herinus* (?) A; — *hircigena* B; — *historiola* A; — *holochrysus* adi. ib.

15) *Dum* coniunctionis in 'cum' iura transgressae, usque adeo ut et ipsa cum coni. imperf. construi soleret, uestigia iam apud Augustei aeui scriptores rara quaedam exstant, plura quidem manuscriptis in libris delitescentia, aliqua ab editoribus quoque quamuis inuitis relicta. Qua de re adiri potest E. Hoffmann Construction der latein. Zeitpartikeln, Vindob. 1860, p. 99—101, qui locos affert Liuii — u. c. I, 40, 7 'dum intentus in eum se rex totus auerteret, alter elatam securim in caput deiecit' —, Vergilii (Georg. IV, 457), Vellei, Val. Max. all.; cf. Weissenborn ad Liu. l. l., Kühnast Livianische Syntax, Berolini 1872, p. 236 sq. Nondum quidem subsecuta hos aetas scriptorum in consuetudinem uidetur uertisse istam, si dicenda est, abusionem, quippe cuius uix ulla non modo apud Tacitum Suetonium Florum, sed ne apud Appuleium quidem eiusue aequales appareant exempla. At frequenter ei indulgent scrr. Hist. August. (sec. IV in.), Aur. Victor (et is qui 'Caesares' et is qui epitomen de Caesaribus conscripsit), Ammianus Marcellinus, saepius tamen hi quoque pristinum ac sollemnem particulae huius, ut temporalis, construendi usum (cum indicatiuo praesentis aut certe cum aliquo indicatiuo) reseruantes, — e. c.: Capit. Gord. 31, 1 *dum haec agerentur, Scytharum rex finitimorum regna uastabat,* Lampr. Heliog. 25, 8, Alex. 13, 2 (cum ind. praes. Lampr. Alex. 18, 4, Spart. Hadr. 14, 5, Seuer. 2, 4, Capit. Anton. Phil. 12, 13, Maximin. 9, 8, Max. Balb. 8, 2, Trebell. Gallien. 11, 1, Vopisc. Tac. 2, 1, c. ind. perf. Spart. Jul. 6, 3), — Vict. Caes. 39, 11 *Carinus . ., dum uictos auide premeret, suorum ictu interiit,* adeoque c. coni. plusqpf. 42, 16 *e quo* (pedestri magisterio) *dum altius . . conscendisset* (Siluanus), *obtruncatus est,* cf.

holosericatus: Aug. in ps. 85, 3 *et holosericatis et pannosis.*

homicidalis: [Hilar.] anon. in Job I p. 101 *cruentationem atque animum suum homicidalem;* — homicidialis intpr. Iren., intpr. Orig. in Matth.: A p. 14*, cuiusmodi uariantiae exempla sunt etiam praesidalis et praesidialis, parricidalis et -ialis.

---

homocidialiter A*.

Liu. XXI, 43, 1 in edit. Drakenb. (saepius Victor c. ind., ut 38, 3 'dum . . transgreditur, . . conflagrauit'), Epit. 41, 2 *hic dum iuuenculus a Galerio in urbe Roma obses teneretur, fugam arripiens . . in Britanniam peruenit,* 29, 9, utroque modo alternatim 41, 21 sq. *Constantinus, dum . . in aliena irruit, obtruncatus est . ., Constans uero uenandi cupidine dum per siluas saltusque erraret, conspirauere aliquanti militares in eius necem,* — Amm. XXII, 9, 1 *dum teneret imperium solus, nec motibus internis est concitus, nec . .,* ib. 11, 9 *dum aedificandae praeesset ecclesiae, cirros puerorum licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere,* ib. 3, 3; 9, 9; XXIV, 4, 21, XV, 5, 16 al. (sed etiam c. ind., ut XV, 5, 17, uel in orat. obliq.: perfertur Mediolanum nuntius, aperte Siluanum demonstrans, dum ex magisterio peditum altius nititur, sollicitato exercitu ad Augustum culmen euocatum). Dehinc apud posteriores quosque passim obuia sunt constructionis istius ut receptae iam in usum scriptorum exempla, quorum paucula quaedam pridem transitorie enotata indicasse nunc sufficiat: Latin. Pacat. Drepan. (sec. IV ex.) Panegyr. Theodos. 8, 5, Sulp. Seuer. (sec. V in.) uita Mart. 8, 1, 12, 1 et saep. (sed 9, 5 cum ind. praes.), Sidon. Apollin. ep. IV, 11 s. f., Victor Vitens. (s. f. sec. V) persec. Vandal. II, 14 et saep., Boeth. Cons. Philos. (525 p. C.) I, 1 *haec dum mecum . . reputarem . ., adstitisse mihi uisa est mulier reuerendi uultus,* Fulgent. Myth. II, 9 al. (Zink Der Mytholog Fulgentius, Virceb. 1867, p. 58), Excc. Vales. de imperatoribus 25, Gregor. Turon. (sec. VI ex.) hist. Francor. II, 8, IV, 3 et saepius. De dum c. coni. plqpf. cf. Beitr. z. lat. Lexicogr. III, n. 1, ubi multa e Cassiod. (Epiph.) Hist. tripart. congessimus exempla.

homonyme: Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. I, 48 *scimus homonyme usurpari nomen hoc* (deus) *posse: 'sunt quippe dii multi . ., nobis tamen unus est Deus'* (I Cor. 8, 5).

Homuncionita: Mar. Merc. Blasph. Nestor. p. 929 Migne *Photinum* (ut qui Jesum nihil amplius fuisse quam hominem putauerit) *Romana ecclesia et participes huiusmodi prauitatis Homuncionitas nominat* (plures locos De-Vit addit, Philastri, Aug. haer., auct. Praedestinati). Cf. concellita, Donatista (quod figmentum reprehendenti Cresconio grammatico Augustinus concedit Contra Crescon. II, 1, 2) et talia A n. 8.

honorabilitas: Facund. defens. IV, 2 *tua honorabilitas nostram exiguitatem petens* [16]) *magis das quam sumis.*

humerosus: [Fulg.] serm. 9 *exsiccauit de illa*

---

homonymus adi. ib., add. „Prisc. XV, 6, 38"; — homousianista B; — *hortatiue* A; — **hospitale* s. ib., add. „gloss. *κατάλυμα*"; — *humecta* s. ib.; — humidare ib.; — humigare ib.; — *hydri* ib.; — **hydrops* trnsl. B; — hylicus A, add. „al., intpr. Iren. I, 5, 2".

16) Petere c. acc. pers. q. rogare aliquem iam scriptt. hist. Aug., ut Lampr. Alex. 3 ex. 'eosque petebat, ut . . in literas mitterent', Capit. Maximin. 2, 5 'imperatorem publice petit, ut . .', id. Pertin. 3, 5, sicque Claud. Mam. an. I, 3, 9 'ipse se quodammodo petit, ipse se . . pro nobis exaudit', Greg. Turon. hist. Franc. IV, 15 'petiuimus eum, sed noluit uenire', IX, 40 'petiit regina episcopum, ut . .'; cf. poscere aliquem e. c. Sid. ep. VIII, 7 'Deum posco, ut te filii consequantur', supplicare aliquem Greg. hist. Franc. IV, 5 (Dominum pro populo).

(naue confracta) *humerosam sentinam.* In procliui est corrigere: humorosam (humorosus Coel. Aur. acut. II, 10, 66 'humorosis corporibus', id. signif. diaet. pass. 99, App. herb. 5 'in humorosis locis', Anthim. 62 al.), at cf. foeterosus A p. 30, facinerosus.

hymnista: Aldh. laud. uirginit. 18 *dulcem melodiam hymnista modulaturus.*

illectio: Cassiod. in ps. 120, 8 *ne . . blandimentorum illectione seducantur;* — illectatio Gell. (cf. A n. 68).

* **illusorius** q. fallax, deceptiosus (cf. * illusio B): Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. V, 25 *Traducianos non esse aliud quam Manichaeos, distinctionem autem inter uos illusoriam quidem non fide uestra, sed imperitia contigisse;* al. Ambr., Aug. cons. euang. III, 13, 46.

illustrabilis: Cassiod. in ps. 118 p. 397 Gar. *diuisiones illustrabiles.*

imaginatus (imago) adi.: Remig. Rem. Testam. *imaginatum calicem*; sim., sed part., Lact. Inst. V, 13 ex. 'qui . . terram digitis suis imaginatam metuant et adorent'.

---

hypersarcosis ib.; — *hypocausterium* ib.; — *ibicinus* A; — *illaedere* (in-l.) B; — *illaedibilis* C; — *illaqueatio* ib.; — *illicitatio* B; — *illicenter* A p. 18*; — *illitio* A; — *illucidare* A p. 41; — **illusio:* q. derisio, insultatio B add. „Vulg. ps. 78, 4, Sirac. 27, 31"; q. phantasia, sensuum mendacium ib. (add. in fine: all. eccl.).

imbecillosus: Aug. uer. relig. 15 *corpus hominis . . post peccatum factum est imbecillosum et morti destinatum.* Cf. innumer-osus (ab innumerus) C p. 10* et alia exempla huius figurae A n. 36, quibus haec duo indenda.

imbrilis: Coel. Aur. De salutarib. praeceptis (Rose Anecd. gr.-lat. II) 39 *dulcia fontana uel imbrilia, fluminalia uel palustria,* — atque ita forsitan scribendum pro imbrialis etiam Coel. Aur. tard.

imitatorius: Aug. c. Jul. VI, 24 *nec originale secundum Catholicos, nec imitatorium secundum Pelagianos intelligendum esse peccatum,* „serm. 57 ed. Mai.".

immediabiliter: Rustic. c. Aceph. p. 1208 *quae non immediabiliter sunt unita,* ib. p. 1210 B et D; adi. nondum innotuit.

immendare (opp. emendare): Aug. Contra mendac. 3, 6 (quos non emendamus, quibus mendum, quo uerum tegendum existimant, non auferimus,) *sed nos potius immendamur, cum per tale mendum eos quaerimus, nec inuenimus, quemadmodum eis conuersis credere ualeamus, quibus peruersis mentiti sumus.*

---

imbecillari C, add. „gl. Philox."; — *imbenignus* ib.; — immanescere B; — *immaterialis* C p. 28 et Beitr. III; — immensibilis A.

* **immolatio** concr.: Aug. ep. 36, 30 *coena paschalis, qua coena incipiebat azymum et ouis immolatio manducari.*

immundare: Dracont. carm. (ed. Duhn) VIII, 589 *plangit, et albentes immundat puluere canos.*

imparcenter: [Hilar.] anon. in Job. I p. 76 (manus diaboli) *imparcenter cuncta perdit,* ib. p. 81 et 90, II p. 191 *Dalila, quae . . Samson in derisionem atque in mortem imparcenter tradidit,* III p. 225.

impariliter: Aug. quu. in Hept. II, 177, 3 *impariliter alterutrum* (p. 7 sq.) *incurrebant sex et quinque.*

impatefactus: Aug. (?) Specul. 27 *impatefactam nobis Tuae maiestatis speciem.*

impatibiliter: Mar. Merc. Procli homil. s. 23 *impatibiliter introiit, incorruptibiliter egressus est* (adi. impatibilis uel impetibilis Cic. all.).

impermutabiliter: Rustic. c. Aceph. p. 1203 *conuenire dicimus secundum unitionem indiscissibilem*

---

immixtio B; — impactus, u. A; — *impalpabilis* B, add. „uers. uet. Ignat. ad Polycarp. 31"; — *imparticipatus* A; — impartilis ib.; — *impassionabilis* B et -ter ib.; — imperagratus A; — *impertitiuus* C; — impinguatio B; — *impinguis* C; — implanator A; — *implantare* A*.

et impermutabiliter habentem propria carnis Deum Verbum, adi. Aug. Trinit. IX, 6, 11 (aeternitas), Oros. c. Pelag. p. 618, „fragm. Censorino adscrpt. 1".

implastrare: Fulg. Rusp. ep. 9 (Victoris), 3 *minorauit se paululum magnitudo, ut, cum osculatur mortuum, implastraret animam, et redderet puerum uiuum,* — emplastrare Col., Pall.

impoenitibilis: Primas. in Ep. II ad Cor. ad c. 7, 10 *'in salutem stabilem': impoenitibilem.*

impraescius: inc. quu. ex uet. Test. 46 (homo) *per id, quod impraescius est, uarius et mutabilis est,* ex utroq. Test. 104, Ambr. (?) comm. in Ep. ad Rom. ad 3, 24.

impraestrictus: [Fulg.] serm. 53 *Verbum Deum . . intrepido mentis obtutu impraestricta acie contemplantem.*

impraetermisse: Possid. uita Augustini 31 *uerbum Dei usque ad ipsam suam extremam aegritudinem impraetermisse alacriter ac fortiter . . in ecclesia praedicauit.*

improducibilis: Hieron. intpr. Orig. in Jerem.

---

* *implebilis* pass. B, add. Arn. iun. De Deo II, 8 col. 281 t. LIII M. 'implens, non implebilis', cf. De-Vit s. u.; — *impletor* C, add. Aug. c. Petil. II, 14, 33 (prophetarum); — *implicitare* B; — *impraeuaricabilis* C (De-Vit habet „S. S. uers. uet. Hebr. 10, 23 codd. Sangerm. et Clarom."); — *improbosus* A.

hom. 3, 1 *duo contraria sunt adamanti isti, malleus et incus improducibilis,* — quae tamen incus ib. inf. dicitur producibilis, h. e. in qua confiat opus productile, cuiusmodi est tuba productilis S S Vulg., Hier. l. l. 'necessarius est malleus, ut tuba productilis fiat', et aliq. ib.

improficuus: Rustic. c. Aceph. p. 1251 *improficuas pluuias lacrimarum* (proficuus C p. 16*).

impudefactus: Montan. (sec. VI in.) ep. 1, 7 *impudefactus adulter;* — pudefactus Gell.

impunctio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (s. u. discoriatio).

imputatiue (imputare): Cassiod. in ps. 4, 6 *'multi dicunt, quis ostendit nobis bona?' . . hoc imputatiue legendum est, quasi dicant: promittitur nobis, quod penitus non uidemus . .;* adi. Tert.

inambiguus: Alberici Diac. serm. in Scholast. p. 946 t. 66 M. *certi et inambigui,* ib. p. 948 B.

inamplexibilis: Cassiod. in ps. 17, 13 *quia loco inamplexibilis est;* — amplectibilis Paulin. Dian. (sec. V in.) A p. 17*, sed et complexibilis Chalcid. prae-

---

improsperitas A*; — impuderatus A; — impulsatrix ib.; — *impurare* C; — *inacceptibilis* B; — *inaestimabiliter* C, add. „Faustin. Trinit. 7, 1."; — *inalienabilis* C; — *inalligare* A; — inapprehensibiliter A*.

bet A p. 13, cum Boethius habeat complectibilis, cf. HA p. 44 * sq., n. 7.

inarctare: Aug. c. epist. Manich. 25, 27 *ne ipsa Dei natura . . inarctetur*, ib. 28.

inarmare: Ven. Fort. uita Leobini 7 *coelestibus armis, orationibus uidelicet, se inarmans.*

incaducus: Rustic. c. Aceph. praef. *dum . . ad non tacendum merces incaduca proponatur.*

incapabilitas: Aug. c. Maximin. I, 9, 2 *ecce incapabilitatem habet Pater, quae non est tua.* Cf. inf. insensualitas, aliaque Augustiniana in -tas: corrationalitas, ineffabilitas c. serm. Arian. 19, al. (cf. C p. 24), mendositas c. Faust. XXXII, 16 'nonnullae codicum mendositates', nat. et grat. 61 al. (Cassiod. Inst. Diu. 4, ib. 15), nugacitas catech. 16, c. sec. resp. Jul. V, 15 al. ([Fulg.] serm. 54 ex.)

incentiue: Ven. Fort. uit. Leob. 10 *una de puellarum collegio incentiue impulsa petulantiae aestu.*

inchoate: Aug. gen. ad lit. VI, 11 *uel consummate inchoatus uel inchoate consummatus.*

---

inattingibilis C; — *incantatrix* ib.; — *incapacitas* A; — incarceratus ib. (De-Vit affert et. „Aug. serm. 48, 3 Mai.“); — incarnaliter ib.; — *incarneus* ib.; — *incestator* ib., C p. 9* et Beitr. III; — *incestuosus* A; — incinerare ib.; — *incircumspectus* B.

inclangere: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 28 *fit ut . . retecta sententia Manichaei nobis carmen inclangas;* — reclangere Amm.

in-clinabilis: [Hilar.] anon. in Job I p. 104 *Job . . in omnibus inclinabilis atque immobilis permansit* (at p. 133: indeclinabilem fidem eius et immobilem firmitatem); — inclina-bilis Sen.

incoercitus: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 41 *in pecoribus incoercitos dimisit affectus.*

incoinquinabilitas: Fulg. Rusp. Ad. Trasimund. I, 5 *de sapientiae incoinquinabilitate.*

incoinquinabiliter: Aug. De natura boni 44.

incomminutus: [Hilar.] anon. in Job II p. 137 *ut fundamentum immobilis, tanquam adamas incomminutus,* p. 157.

incompos: Appul. Polemon. Physiogn. p. 125 *incompotem mentis hominem.*

inconculcabilis: Fulg. Rusp. incarn. Filii 50

---

incoadunatio ib.; — *incognitio* C; — incognoscibiliter A; — *incoinquinabilis* Erg. IV, cf. A*; — *in-colatus* A; — *incommonitus* B; — *incomparabilitas* Erg. I, cf. C; — *incomprehensibilitas* A (p. 14* et 22*), add. Fulg. Ad Trasim. II, 1; — *inconciliare* (negat.) B, cf. in-conciliatus „Boeth. introd. Syll. Cat. p. 771: perpetua atque inconciliata discordia"; — *inconfuse* B et Beitr. III; — inconsone A; — inconstabilitas A*.

tale est, quod dicuntur mali Spiritum sanctum contristare et Filium Dei conculcare, cum et Filius Dei et Spiritus sanctus incontristabilis inconculcabilisque permaneat.

inconstruere: [Fulg.] serm. 11 *pulchrius caelabatur inconstructa parietibus moles,* — uerbi in-con-praefixi exemplum unicum.

inconsubstantialis: Rustic. c. Aceph. p. 1247 D; — consubstantialis Tert. et saepe eccl.

inconsumptibilis: Cassiod. in ps. 127, 2 *inconsumptibili perennitate seruatur;* — consumptibilis id. an. (3), intpr. Iren.

incontristabilis: Fulg. inc. Fil. 50 (s. u. inconculcabilis).

incontritus: Hier. Orig. in Jerem. hom. 3, 1 (s. u. inconuincibilis).

inconuincibilis: Hier. Orig. in Jerem. hom. 3, 1 *incontritus et inconuincibilis permanens.*

inconuulsibilis: Rustic. c. Aceph. p. 1184 *unitio;* — inconuulsus scrr. sec. V et postt. p. II s. u. (conuulsibilis nusquam reperio).

---

insonsubstantiuus B; — inconsummate ib.; — *incontrectabilis* B et Beitr. III; — *inconuertibiliter* B et Beitr. III; — *in-corporatus* A; — *incorreptibilis* C; — *incorrigibiliter* ib.; — incrassescere A*.

increabilis: Mar. Merc. serm. 1, 7 *non peperit creatura eum, qui est increabilis* (creabilis App. Ascl., Aug., Gaudent.).

increpator: Cassiod. in ps. 140, 6 *uir sanctus non in ira corripit, sed per dilectionem increpator accedit,* gloss. (increpatorius Sid.).

increpundia neutr. pl.: Fab. Claud. Gord. Fulgent. aet. mund. XI in. *ecce paruum adhuc ex increpundiis Roma subrigit uerticem,* — pro consueto crepundia.

inculcate: comp. Aug. c. Jul. V, 16, 63 *audi . ., quod eorum sensibus inculcatius intimetur, quos fallere affectas.*

indecernere: Gargil. Mart. (sec. III) De arborib. pomif. 4, 1 (Columella . . indifferenter . . sententiam promit . . affirmat a Nouembri mense per totam hiemem seri posse sc. castaneas) . . *Julius Atticus ex Nouembri in Februarium serere indecreuit.* Exemplum uerbi compositi cum in-de-, quod praepositionum in compositione cum uerbis copulationis genus nondum notatum est in nostro 'breuiario uerborum bipraepositionatorum', neque in ipso (uid. ann. 4), neque in appendicula (in: Zusätze zu 'Beitr. z. lat. Lexicogr. etc.' Dorp. 1873, p. 2).

---

incunctabundus A p. 20*; — *incuruitas* A; — indecibilitas A*; — indecliuis A.

indecorosus: [Hilar.] anon. in Job II p. 150 *quid hoc indecorosius atque illicitius?*, — decorosus Ambr. all. (p. II s. u.). Cf. *in-actuosus, inaquosus, inartificiosus, incopiosus* Tert., *indisciplinosus* (De-Vit s. u., adu. S. S. Sirac. Rönsch. p. 230), *inflexuosus, infrontuosus* Th. Thes., infructuosus p A et postt., ingloriosus Pl. ep., Arn. iun., intpr. Iren., inofficiosus, inspeciosus Petr., *instudiosus* App., irreligiosus Liu. postt.

indeficientia: Facund. defens. IV, 2 *tua ad Deum postulatio capsaci nostro indeficientiam ex paruo praestat.*

indeliberanter: [Hilar.] anon. in Job II p. 126 *melius est, ut congrediar, quam ante secundam luctationem indeliberanter fugiam; . . forsitan in secunda congressione uictoria ad me reuertetur.*

indesignatus: Victor. Tunon. De poenit. 8 (ubi propheta quod proposuerat explicuit,) *fert ille* (Dauid. rex) *indesignatam in se sub ueritate sententiam.*

indirumpibilis: Rustic. c. Aceph. p. 1208 *unitione* (dirumpibilis non inuenitur).

---

indeflexibilis B; — *indefloratus* ib.; — indeminutus A; — *indemutatus* A*, add. „Hilar. in ps. 122, 8"; indentare A; — indeprehensibiliter B; — *indicibilis* C. add. „Maxim. Taur. tr. 5 c. Jud. p. 805 M.", Ven. u. Maur. 25, Adaman. Columb. II, 30 (quasdam ante non uisas paene indicibiles patitur horrificas perturbationes); — **indifferenter* q. absque dilatione A p. 40 et 20*; — *indigeries* A, C p. 10* et Beitr. III.

indiscissibilis: Rustic. c. Aceph. p. 1203 (s. u. impermutabiliter).

indiscusse: „Aug. serm. 55, n. 2 ed. Mai.“, Mar. Merc. excc. Nestor. coll. II, 21 *indiscusse nolo faueatis* (adi. Aug. all.: Erg. I s. u.).

indispertibilis: Mar. Merc. Cyrill. incarn. Vnigen. 25 *incorporeus et indispertibilis* (dispartibilis Tert.).

* **indissimulabilis**: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. I, 1 *a quo sum hactenus munere uaria et indissimulabili necessitate suspensus*, ib. 98 (cf. dissimulare B col. 194 sq.), al. Gell.

indissociatus: [Hilar.] anon. in Job I p. 23 (septem Job filii) *tanquam septem dies indiuisi et tanquam hebdomada indissociati*, ib. inf., III p. 214 (assederunt ei . .) *indiuulsi inseparati atque indissociati.*

indiuisiue: [Hilar.] anon. in Job III p. 236 *sicut corpus et anima idem sunt indiscrete atque indiuisiue* (diuisiuus Boeth.).

indomitabilis: Victor. Tunonens. poenit. 30 *incendio indomitabili;* — indomabilis Plaut., Fulg. cont. Verg., „Cassiod., Lact. Plac. fab. 136“ (De-Vit).

inducticius: Aug. de duab. anim. 12, 18 *nescio quas illas inducticias* (animas), gloss.

---

indiscernibilis A (add.: al.); — *indiscretio A*; — *indissimulanter* B; — *indocibilitas* A*; — *induratio* B et Erg. I (De-Vit habet: Philastr. haer. 128 lemm., Ruf. Orig. princc. III, 9).

indutor: Aug. c. Faust. VIII extr. *talium fabularum sordidus sartor aut mendicus indutor* (indutor-ius Paul. Sent. III, 7).

inebriatio: Aug. Ciu. Dei XVI, 1 *eiusdem Noe et uineae plantatio et ex eius fructu inebriatio;* — inebriator Tert.

inemigrabilis: [Hilar.] anon. in Job II p. 128 *immobilis et inexcitabilis et inemigrabilis atque simplex in iisdem semper iugiter permanens Deus.*

inexcessibiliter: Rustic. c. Aceph. p. 1186 *una et sola diuinitas inexcessibiliter omnium trium natura est personarum,* ib. p. 1187 A (adi. non comparet).

inexinanibilis: Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Orient. p. 947 *Clementiae Verbum exinanitur, quod natura inexinanibile est* (exinanibilis nusquam inueniebam).

infallibiliter act.: Aug. praedest. sanct. 15, 2 *illa infallibiliter facta hominis a Deo Verbo susceptio;* — adi. Beda.

---

inerratus C; — *inexcruciatus* ib.; — *inexitiabilis* ib.; — *inexperibilis* A*; — *inexplorabilis* C; — *inexquisitus* B add. „M. Merc Cyr. apol. p. 963, Fulg. pro fide cath. s. f.“; — *inexsistentialiter* B; — *inexsolubiliter* ib.; — *inexustus* C; — *infamator* B et Erg. I; — *infamium* A (De-Vit habet Is. Or. V, 27, 26, ubi Otto: infamia).

infantiliter: Hier. Orig. in Jerem. hom. 1 p. 750 Vall. *neque enim scio (ut ita dicam) infantiliter loqui, et infractis uerbis iam grandaeuus cum pueris sermocinari,* [Fulg.] serm. 23 *unus de paruulis istis, qui infantiliter plangunt, cum illis pedes lauantur;* — adi. Justin. (XVII, 3, 20), App., Dig., Aug. serm. 174, 6, 239, 5 et freq., Rufin. prol. ad intpr. Orig. in Cant., intpr. Iren., Facund. defens. IV, 2.

infatuatio: [Hilar.] anon. in Job III p. 219 *animarum infatuatio atque cordium scandalum.*

infauste: Cassiod. an. 12 *ita perpetuae poenae tradentur, ut infauste semper exsistere comprobentur.*

infectrix: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. II, 105 *infectrix seminum culpa primi genitoris* („Aug. gramm. 6“: pluraliter infectores et haec infectricia).

infidigraphus: [Hilar.] anon. in Job I p. 124 *non exstitit infidelis Deo neque infidigraphus neque ingratus,* ib. p. 115. Cf. recc. artigraphus, satirographus.

infime: Aug. ep. 18, 2 *uides in ista distributione naturarum, quid summe sit, quid infime, et tamen sit, quid medie maiusque infimo et minus summo sit.*

infirmare (in- praep.): Coel. Aur. acut. III, 4, 36 *insidente atque infirmata et stante passione.*

---

infertilitas C; — **infidelitas* q. incredulitas, irreligio sitas B; — infiguratus A; — *infitiabilis* A et Erg. I; — *inflator* B et Erg. I.; — *informatus,* u. C; — *inframuraneus* A; — infrenabilis A.

infiscare: Aldhelm. laud. uirginit. 35 *ne ab imperatoribus locuples gazarum opulentia . . funditus infiscaretur;* — confiscare Suet. Tert. JCti.

infrequenter: Ambr. ep. (dub.) 55 (thesaurus) *habentibus non infrequenter perniciosus;* compar. „Boeth. in Arist. de interpr. ed. sec. p. 378".

infructiferus: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 3 *uere infructiferus es, et infructiferos facis qui te audiunt.* Cf. serm. 18 'o uermis mortifere', 33 'amor mortiferus', hoc quidem (mortiferus pro mortifer) praeitore Celso. Ceterum „infructifer" exhibent Klotz et De-Vit ex inscr. (arbores . . infructiferae), Ott Beitr. z. lat. Lexicogr. II, p. 2 e Don. ad Ter. (ap. quem ait legi: salsa et infructifera); add. Eust. Hexaem. II, 1 'arborum fructiferarum uel infructiferarum' (cod. Colb. II), — quibus e locis, utra fuerit nominatiui sing. masc. forma, non perspicitur.

infrunite: [Hilar.] anon. in Job III p. 220 *cum infrunite manducauerint uel biberint, . . et* (uiscera) *in dolorem atque in infirmitatem fuerint conuersa, . . tunc nimirum dicunt insipienter, quod fascinatus sit quilibet;* — infrunitus Sen., Macr., Vulg. Sirac. (31, 23: cholera et tortura uiro infrunito, et 23, 6).

---

ingenerabilis ib.; — ingraminatus B.

ingratificatio: [Hilar.] anon. in Job III p. 212 *cum cuilibet tribulatio aduenerit, tunc uidelicet illi* (amici mendaces) *discedunt et despiciunt, . . obliuionem atque ingratificationem omnium priorum osiendentes.* Cf. B n. 10.

ingratificentia: Fulg. Rusp. Ad Monim. III, 4 *dum ingratificentiam reddunt gratiae Saluatoris;* — gratificentia intpr. anon. in Job sup. s. u., ingratificus Att. trag. frgm.

inintelligere: inc. quu. ex utroq. Test. 105 *qui ad praesens septies honorantur* (Luc. 18, 30), *potest inintelligi, quia etiam in futuro septem partibus clariores ceteris futuri credantur.*

inoperare: Rufin. Orig. de principp. I, 3, 7 *hoc, quod donum Spiritus dicitur, manifestatur per Filium, et inoperatur per Deum Patrem,* „Petr. Diac. incarn. 3 (inoperasse) et eadem Fulg. ep. 16". Sed idem Rufin. in eodem opere al. inoperari deponentium more, citante De-Vit, ut Tert. (adu. Marc. V, 17 'inoperatus est in Christum ualentiam suam', II, 11).

inopinate: Aug. c. Faust. XXII, 50 *cum repente*

---

inindigens C; — *ininitiabilis* B (locos Hilarii affert De-Vit); — initiabilis B; — initialiter A add. „Aug. s. 175 n. 2 Mai."; — *iniubilare* A*; — *iniuriare* act. B; — *iniuriator* C; — *in-natiuitas* A add. „Hilar. hist. fr. 14, 2"; — innigrare A add. „S. S. uers. ant. Job. 30, 30"; — *innotescentia* A; — inobauditio ib.; — *inobdormibilis* C; — inobsecrabilis A; — *inobseruanter* C; *inoperator* B; — *inopino* A.

atque inopinate . . reuocaretur, Conf. VIII, 6, 14 al., „intpr. Iren. IV, 33, 4“, Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. III, 7 *sic inopinate nos adiit, ut . .,* ib. V, 35 (ex edd. Liu. et Sen. expunctum).

inopportunus (quod uocabulum Cic. Orat. III, 5, 8 et II, 5, 20 aliquot codd. ostendunt pro eo quod in edd. est: importuna et -num): Oros. c. Pelag. p. 618 *inopportunam historiam obscenissimo sermone contexens,* — et adu.

inopportune: Aug. c. Faust. XXII, 72, quu. euang. II, 18; — inopportunitas Idac. Chron.

inordinabiliter: Ps.-Soran. quu. medic. 184 (palindromos pulsus) *aut ordinem ascensus ac descensus immutabiliter custodit, aut inordinabiliter hoc perficit,* id. puls. p. 279 Rose; adi. non comparet (inordinalis et -aliter C p. 12).

inquantumcunque: Aug. Conf. XII, 6, 7 *unde utcunque erat, nisi esset abs Te, a quo sunt omnia, inquantumcunque sunt?*

inquiens (inquam): [Hilar.] anon. in Job III p. 206 *putatisne, inquientes, unde haec uniuersa obuenerunt?,* „Cl. Mam. an. I, 3, 4 *inquiens scriptum: Domine, ne . .* (Ps. 37, 2)“, Rustic. c. Aceph. C

---

inordinalis C; — inquiescere ib. add. „intrans. Hilar. in ps. 120, 16“.

p. 26*, „Ps. Cypr. XII abus. 3. p. 155 Hartel, Greg. M. ep. VIII, 24, XII, 8“, Adaman. Columb. III, 3 *taliter ad eos inquiens: si uos, ait, uideretis . .*, id. locc. sanct. II, 6, III, 2, Aldhelm. ep. 1; *inquio* Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 9 *si igitur, inquio, non nisi per sexum fetus . .*, Rustic. c. Aceph. C l. l., „Greg. Tur. de mirac. 5 Jul. 45 p. 882 Ruin.“, Prisc. et Eutych. Neue lat. Formenl. t. II, p. 475.

insanifusor: Aug. c. Faust. XIX, 22 interpretans nomen Manichaeum, tanquam a *μανία* et *χεῖν* deriuandum.

inscalptio: Jul. Valer. II, 28 *Cyri conditorium erat lapide uisendo, cuius siue natura perspicua, siue inscalptio adeo tenuis erat ut . .*

inscrutabiliter: Mar. Merc. epist. 2 Cyrilli, 6 p. 806 *inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo;* adi. Vulg., eccl.

insectio (insecare): Ps.-Soran. quu. medic. 235 *quibus insectionibus singulae partes obaudiunt? rectis incisionibus obaudiunt crura et collum . ., caput autem . . et subuentralis pars inferius planis insectionibus.*

inseducibilis: [Hilar.] anon. in Job II p. 188

---

inscissura A; — *inseducibiliter* A*.

ipse ille immobilis, indeclinabilis, insubuertibilis, inseducibilis; — adu. A*.

insensualitas: Aug. c. Faust XV, 4 *per lapidis insensualitatem significatum est cor non intelligens, et per carnis sensualitatem significatum est cor intelligens*, gen. ad lit. op. impf. 5, 24 *insensibilitas quaedam uel si melius insensualitas dicitur* (insensualis Cassiod. res). Vocem 'insensibilitas' praeter Aug. l. l. usurpant Ambr., Mar. Merc. Nest. c. Pelag. tract. 3, 2, [Aug.] Categ. 18 'insensibilitatem, quam Graeci *ἀναισθησίαν* uocant', Cl. Mam. an., Boeth., Isid. quu. in Exod. 31, 1, Ps.-Soran. quu. medic. 208.

***insertio**: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. III, 102 (te id, quod fueras propulsare conatus, statim absolutis arripuisse sermonibus,) *etiam illorum scriptorum, quae ad Bonifacium miseras, insertione patefeci.*

insessio: Cassiod. in ps. 21, 12 *obsidio dicta est quasi hostium insessio, id est hostilis circumdatio;* — sim. insessor q. obsessor, insidiator Symm. (uiarum), Merobaud. (Libyes), P. Diac. Fest. (p. 111), al. ac propr. Jul. Val. (sc. currus).

insibilator: Aug. in Joann. tr. 8, 6 *serpens ueternosus, uenenorum insibilator et inspirator antiquus.*

---

insidiatio ib., add. „gloss."; — *insistenter* C.

insignanter (insignienter?): Primas. in Apoc. I ad c. 4 *gloriam insignanter praedicat.*

inspectionalis: Ps.-Soran. quu. medic. 7 *semiotica est inspectionalis* (pars medicinae), 28.

inspiratrix: Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. I, 98 *Manichaeus dicit: in omnibus hominibus inspiratrix malae uoluntatis tenebrarum natura delinquit, et aliud facere non potest.*

insubuertibilis: [Hilar.] anon. in Job II, p. 188 (s. u. inseducibilis).

insupportabilis: [Hilar.] anon. in Job I, p. 95 (subito spiritus uenit ab eremo ita fortis . .) *ita terribilis atque insupportabilis, ut . . illideret eam* (domum) *super filios tuos, et mortui sunt,* II, p. 196 *poena insupportabilis;* — supportare q. sustinere (supporter) ib. I p. 29 'uniuersa in hoc corpore terreno . . supportauit atque sustinuit', p. 123, II p. 149 al., et all., quos cit. B col. 222 et C p. 20* sq., supportatio inf. s. u.

intaminabilis: Aug. c. aduers. Leg. et Proph. I, 50 *Spiritus sanctus intaminatus et intaminabilis.* Cf. A p. 16*.

---

insubditus A; — insubstantialis ib.; — insubstantiatus ib.; — *insuccidus* C; — *insufferibilis* A*; — *insultanter* Erg. I; — *insultator* Erg. I, add. Aug. in ps. 41, 8, Aldh. laud. uirg. 45; — *insurrectio* A*; — *insustinibilis* A; — *intaminare* C; — in-taminate A.

integulatus: Aug. in ps. 128, 11 *herba quae nascitur in tectis, in solario integulato.*

intenibilis: Aug. c. Fortunat. 1, 3 *quod incorruptibilis sit Deus, . . quod inadibilis, intenibilis, impassibilis.* Alia in -bilis Augustiniana sunt int. cett. amissibilis (etiam Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 18), copulabilis Mus. II, 26, IV, 32 'cum sibi copulantur qui inter se sunt copulabiles pedes', imperturbabilis Trin. IX, 6, 11 al. (Oros.), inconuersibilis gestt. Pelag. 6, 20 al., ineuulsibilis, irregressibilis, irretractabilis.

in-tentabilis: inc. auct. (sec. V) de uocat. omn. gentium II, 35 *neminem Dei gratia intentabilem facit,* gloss.

interannuntiare: Liberat. breuiar. 6 *per interannuntiantem diaconum tale acceperunt responsum.*

interdictus, us: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 20 (s. u. pomulum).

interfectorie: Aug. c. epist. Parmen. III, 2, 14 *non interfectorie percutitur, sed medicinaliter uritur;* — adi. Ambr. Aug. Isid.

interpretabiliter: Dionys. Exig. Cyrill. epist.

---

intellectuare A et Beitr. III; — intelligentialis A; — intelligentialitas A; — intelligentitas ib. p. 26; — intenebrare A; — *intentiosus* A; — interficies A.

synod. p. 13 t. 67 *Migne epistolis . . consensum praebuit . . sancta synodus . . uelut recte interpretabiliterque conscriptis* (adi. Tert.)

interroganter: Aug. in Job 34 *interroganter pronuntiandum.*

intersilere: Aug. ord. I, 19 *post hoc intersiluit modice.*

intertrudere: Aug. de ord. I, 7 *folia* (decidua) . . *angustiis canalis intertrusa.*

interuallatio: Coel. Aur. signif. diaet. pass. 42 *cum uentris nimio fluxu, quo humor spumosus atque creber . . frequenti interuallatione egreditur, uirium concadente substantia cum membrorum frigido torpore,* ib. 45.

intitubabilis: Cassiod. in ps. 134, 2 *qui perseueranti et intitubabili uoluntate in Ipsius sancta credulitate*[17]) *consistitis,* in 120 s. f. (titubabilis non agnoscitur).

---

interseptio B; — *interuentor A; — *intracoelestis* ib.

17) credulitas non est hic, ut apud uett. fere, credendi quaedam facilitas, sed, quasi quis dicat credentia, synon. pietas, fides, ut freq. ap. ecclesiasticos, sed posteriores (non Tertull., Cypr.), e. c. Hieron. intpr. Orig. in Ezech. hom. 5, 3 'multo nobis utilius fuerat, diuino non credidisse sermoni, quam post credulitatem adhuc rursum ad peccata conuerti, quae ante commisimus', ib. 12, 1, Petr. Chrysol. serm. 60 'sermo creat auditum, auditus concipit fidem, credulitatem parturit fides, confessionem credulitas

intrinsecus, a, um: Ps.-Aug. ad fratr. erem. 5 *intrinseca bella,* Cassiod. in ps. 118, 82 *lumina cordis intrinseca.* Cf. extrinsecus adi. Greg. M., Beda (uita Cuthb. 16: quia . . pressuras contemneret extrinsecas), — penitus, a, um, uti iam Plaut. 'ex penitis faucibus' . ., deinceps, cipitis App. 'deincipiti die' (Neue FL II, p. 517, qui confert etiam impunis App. Met. III, 6: non tam impunem me . . credebam fore), mordicus Hyg. fab. 273 'quem equi mordici distraxerunt', pereger, gris Vlp. Aus. Venant., incassus Sulp. Seu. dial. „III (II), 10, 3 non incassa temptamina", clanculus Aldh. Septen. col. 169 M. 'clanculo cordis cogitatu', id. laud. uirg. 44 'clanculis latebris' al. (unde adu. clanculo App. Macr. Amm. Aug. — cf. Freund Lex. s. u. — et clancule gloss. Vatic.), et hoc genus alios linguae uel potius loquentium errores.

inuertibilitas: Aug. De morib. eccl. cath. 13, 23 *nisi Dei naturae esset ac ipsius substantiae, cui soli incommutabilitas atque, ut ita dicam, inuertibilitas semper est* (*γρ.* inconuertibilitas — cf. sup. s. u. conuertibilitas —, uel inconuersibilitas); „frgm. Ambros." habet De-Vit.

---

inturbabilis A*; — *inualitudo* A; — *inuectabilis* B; — *inuenibilis* A*; — *inuersabilis* A; — *inuersibilis* ib.

nutrit' (cf. Ep. ad Rom. 10, 17), 61, 63 al., Liberat. breuiar. 22 'fidei meae credulitas', Cassiod. in ps. 8, 11 'in Domini credulitate permansit', in 12, 7, in 25, 3, in 117, 24 'quam suauia uerba sancta nobis probatur eructare credulitas', al.

inuiolabilitas: Rustic. c. Aceph. p. 1249 *in propriae impassibilitatis inuiolabilitatibus permanens.*

inuiscare: [Fulg.] serm. 69 *de istis pullis uolebat auceps tentationis inuiscare laqueis perpetuae mortis; sed ille recurrit ad matrem, et dulcem repetit nidum,* Not. Tir., Thom. Thes.

inurbaniter: Aug. c. Faust. Manich. XII, 1 *non improuide nec inurbaniter.* Cf. securiter Aug. inf. s. u. et A n. 70, ad signif. HA p. 154 (ubi add. Sid. ep. IX, 9 perurbane, Non. p. 12ª Gerl. et Roth 'uafrum est callidum . . et urbanum').

irrecusabiliter: Rustic. c. Aceph. p. 1218 *ubi coadesse et referre* (sc. est), *illi irrecusabiliter quantitas secundum naturam,* p. 1247 B, 1251 D; adi. Hier., Cod. Just.

irrefragabilis: Ps.-Aug. ad fratrr. in eremo serm. 55 *uerum est . . et irrefragabile,* Thom. Thes., — adu. **irrefragabiliter** Venant. Fort. uita Hilar. I, praef. 1 *irrefragabiliter ueteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta custos obseruas;* „auct. hist. Datian. 1 et 20".

irrefutabiliter: Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul.

---

inuiscera ib.; — *inundantia* ib. (p. 44 et 20*); — *ios* A. *irradiatio* ib. p. 42; — *irrecessibilis* A*; — *irreconciliabilis* C, add. „Actt. Niceph. mart. n. 6"; — *irrefrenabilis* A p. 41 et Erg. I; — *irreparabiliter* B et Erg. I; — *irreseratus* B.

I, 48 *his irrefutabiliter concessis,* ib. 63, II, 16, IV, 51 al.; adi. Arn., Rustic. (C p. 11*).

irretractabiliter: Facund. defens. XII, 3 *irretractabiliter esse custodienda Chalcedonensis decreta concilii;* adi. Aug.

irreuolubilis: Oros. c. Pelag. p. 617 *tam irreuolubilis status constitutorum in suis quibusque causis temporum, ut propter electos suos dies seculi abbreuiari dixerit Dominus, non auferri.*

irruptus, us: Fab. Claud. Gord. Fulgent. aetatt. mundi XI, p. 141 *urbis irruptum anserinae uocis indicio * erutum.*

itinerator: Ven. Fort. u. Mauril. 24 *peregrinus quidam . . Maurilium . ., quatenus ab ipso uerbum salutis audire potuisset, . . cum aliis peregrinis itinerator auidus expetebat.*

* **iudicabilis** act.: Ambr. in ps. 37 *iudicabili quodam uigore et auctoritate censoria odit uitia;* pass. M. Cap.

iussorius: Ps.-Aug. ad fratrr. erem. serm. 56 *si aliquis nostrum ad procuratorem suum literas dirigat, et ille non solum non impleat, quod praecipitur, sed etiam ipsa iussoria relegere dedignetur.*

---

ischiasis C; — *iubilus* A.

Labiliter: Aug. gen. ad lit. III, 3 *quidquid aquarum siue labiliter undosum et fluidum est, siue uaporaliter tenuatum atque suspensum;* — adi. Arn. Amm., Aug. l. l. 7, 9, in Joann. tr. 124, 5 'labilis uitae', C. Aur. acut. I, 1, 30 'labiles in passionem', II, 37, 216 'cuiusquam labilis qualitatis, quod facile lubrica faciat intestina', Cassiod.

laboratus, u: Ven. u. Radeg. 13 *non minore laboratu.*

laesibilis act.: Liberat breuiar. 12 *Flauianum laesibilis nouitatis reum dignum mortis* [18]) *debitum suscepisse;* — illaesibilis eccl., sed pass., sicut et illaedibilis Isid. 'corpus . . et inuulnerabile et illaedibile' eo loco, quem indicaui C p. 10.

lampabilis: Cassiod. in psalt. praef. 17 (de diuersis gentibus sanctorum beata collatio,) *serenarum*

---

labescere A* (cf. p. 22*) add. Aldh. laud. uirg. 50 'in luxum labescit'; — *lactatio* A add. „Mar. Merc. Nest. ep. 2 ad. Cyr. n. 14"; — *laicalis* A (p. 44 et 20*) et Erg. I; — lamentosus A.; — lampago ib.

18) Dignus (et indignus) graeca syntaxi cum genitiuo construere „auctoritate ueterum" — ut Plauti (qui Trin. 1153 'salutis dignus' scripsit, teste Non. p. 339[b], cum tamen in codd. Plauti 'salute' sit), Balbi ap. Cic. epp., Vergilii aliorumque poetarum — recc. quoque nonnunquam sibi indulserunt, ut schol. Germ. p. 45 B., Capit. Max. et Balb. 17, 2 'legiones dignam Romani principatus speciem receperunt', id. Gord. 21, 3 'digna memoratus', Sulp. Seu. uita Mart. praef. 1 'ne omnium reprehensionis dignissimus iudicarer', ib. 9, 3 'episcopatus dignissimum', Ps. Cypr. laud. martyr. 21, Dict. IV, 15 'nihil in his dignum doloris'.

mentium lampabilis coetus, in ps. 48 in. al., — a lampare, quo uerbo Cassiod. saepe utitur (p. II s. u).

lanipendium: Caes. Arel. Reg. ad uirgg. 30 *quae lanipendio praeponantur,* inscr. Cf. n. 14.

lanuginare: Aug. in Job 38 *tanquam lanuginantem tramam.*

lapillosus: Aldh. Septen. col. 218 t. 89 Migne, it. col. 227.

laruula: Aldh. Septen. aenigm. 14, n. 9 *quoniam me laruula terret,* gloss.

latrocinanter: Aug. ep. 35, 3 *uiolenter uel latrocinanter si quid audendum putauerint.*

lenocinatio: Cassiod. in ps. 15 concl. *inanium lenocinatione uerborum* (lenocinator Tert.).

* **leuatio** ut t. t. metr. q. ἄρσις: Aug. Mus. II, 18 *partem pedis sibi leuatio uindicat, partem positio* et aliq., IV, 29 al.

leuiare: Venant. uita Leob. 23 *ad leuiandum fratris sui infirmitatem;* — alleuiare Vulg., Ambr.

---

lapidatrix ib.; — lapsanium C add. „Cassian. Inst. IV, 22 al."; — *largifer* A; — *largiflue* ib.; — lassabundus C; — lauriculus A; — *laxus,* us ib.; — legisdatio Beitr. II (add.: al.); — *lenticulatus* A; — *leporarius* s. B; — *leptopyrexia* A; — *leucoma* ib.; — *leucophlegmatia* ib.; — *leuicutis* C; — *leuificare* A*; — *leuisticum* (libysticum) A, add. libesticum Dyn. I, 63; — *lexiua* A; — *libentiose* ib.

licentiose: Aug. gen. ad lit. VIII, 11 *licentiose abuti propria potestate* (adi. Sen. Quint. postt.)

linguositas: Rustic. c. Aceph. in. *pariter conuenit absque omni linguositate et ipsas, prout possibile est, uerbis proferre res;* — linguosus Petr., Vulg. Sirac. et Ps., Aug. serm. 9, 2 'linguosis artibus' al., Ps. Aug. serm. 228, 3, all. recc.

lippescere: Hier. in Sophon. ad 3, 19 sq. *cum Lea lippescit, et non amatur a Jacob.*

lipposus: [Fulg.] serm. 17 *caeci, claudi, surdi, lipposi* (cf. aureosus p. 12 s. u.).

liquefactio: inc. auct. de tripl. habitac. 2 *fletus et liquefactio oculorum.*

litigiose: Aug. c. duas epp. Pelag. III, 4, 13 (sed dicat aliquis: quomodo uetus appellatur, quod post CDXXX annos factum est per Moysen, et nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham?) *Qui ex hoc non litigiose, sed studiose mouetur, intelligat primum, quia* . . (transscripsit ad uerbum Primas. In Ep. ad Gal. c. 3; cf. s. u. praecipitator).

---

lichena ib. (cf. p. II s. u. decada); — *lichenicus* ib.; — *ligator* C; — *lignicola* C p. 27; — *limatura* A; — limitamentum ib.; — locularis (syn. localis) ib.; — loculatus partic. ib.; — logium A* add. „intpr. Iren. I, 18, 4, Is. Orig. XIX, 21, 6"; — *longarius* A; — *longiare* C; — *lubricatio* B et Beitr. III; — lucrare act. B add. „Actt. S S. Luciani et Marciani n. 5"; — *ludificabundus* A.

ludiuagus: Cassiod. in ps. 1, 6 *uentorum ludibriis, quae corpora facile mobilia in auras aethereas ludiuaga compulsione transponent* (cf. sup. s. u. gyrouagus).

luminator: Aug. c. Faust. Manichaeum XX, 12 *sicut unam rem dicitis et lunam et nauem minorem et luminatorem nocturnum.*

Maculatim: Aug. gen. ad lit. V, 10 *quemadmodum dicitur omnis uestis facies colorata, etiamsi non continuatim, sed maculatim fiat.*

maestificus: [Fulg.] serm. 14 *dum . . maestificis horroribus dura eos tormentorum series implicaret,* s. 22 *clangor,* „epitaph. Alc. Auiti in.“

magnisonus: Hier. intpr. Orig. in Jerem. hom. 3, 1 *tubae magnisonae;* — cf. grandisonus (p. II s. u.).

malefieri: Coel. Aur. signif. diaet. pass. 89 *morsum stomachi patiuntur, malfiunt, infrigidantur.* Cf. malefactio Th. Prisc., auct. Dynam., et ad uerbi figuram A p. 50, n. 46 cl. p. 22*, ubi exemplis add. et fabrefacere (-fieri), r. uilefacere.

---

luminalis adi. ib.; — *luminarium* B; — *luricula* A; — *lustriuagus* B; — *lutefieri* A; — lutina C; — *luxatus,* us A; — *madefactio* ib.; — *magniloquax* C; — *Maiorica* A (Maioricensis Erg. I s. u. Minorica); — *malefactio* A et Beitr. III; — *malefidus* A*, cf. C p. 26*.

cinctus, *acquisitus, acutus,* adeptus, adhortatus, adiutus, admissus, admixtus, admorsus, *adoratus,* affirmatus (-u), afflictus, aggressus, alitus s. altus, allectus, ambulatus, animaduersus, annisus, antistatus, applausus (-us sing.), aratus, arreptus, assellatus (-us s.), *assumptus,* attentus, *attonitus, attractus,* aucupatus, auscultatus, barritus, blateratus, caesus, calcatus, cauillatus, *causidicatus,* circumgressus, circumlatratus, *clamatus,* coalitus, cogitatus, comesus, *commemoratus,* commixtus (-ui), communicatus, compaginatus, compulsus (-u), concitatus, *concitus,* conclusus, conculcatus, conditus, conductus, *confabulatus,* confectus (-um), *conflatus,* confluxus (-u), confractus, congregatus, conscensus, consectatus (-ui, -u), conspiratus, *consputus,* conuersus, *conuocatus,* conuolutus (-ibus), copulatus, crepitatus (-ui), deceptus, deductus, defluxus, defunctus, deletus, demersus, *deminutus,* denotatus, denuntiatus (-ui), derelictus, desitus, detentus, detractatus, *dictatus,* dictus, difflatus, dilapsus (-us pl.), dilectus (-us s.), direptus, discruciatus, *disparsus,* distractus, dolatus, editus, educatus, effatus, effigiatus, efflatus (-us s.), elaboratus, enuntiatus (-u), eruditus, exactus, excitus (-u), excruciatus, excussus, *exhaustus, expeditus,* expiatus, expostulatus, exscreatus, exsecratus (-ui), fartus, fatus, figuratus (-u), fixus, foratus, fretus, frequentatus (-us, -u), frictus, garritus, *gelatus,* genitus, gingritus, gradatus, halatus, hirritus, iaculatus, imitatus, immissus, impactus (-u), impensus, imperatus, impetratus, impressus, *inanitus* gl., inclinatus, increpitus, indagatus, indultus, inflictus, influxus, informatus (-u), infractus, *ingemitus* gl., ingestus, inhalatus, inscensus, insessus, inspectus, inspersus, instigatus, *insultus* (p. II s. u.), insutus, interceptus, interdictus (-u), intergressus, interpellatus, introuocatus, inuasus, inuocatus, irritatus, irruptus (-um), laboratus (-u), lambitus, laxus (-ui), *libitus,* litigatus, locutus, luxatus (-um), machinatus, meditatus, *mensus,* micatus, mictus, minctus, ministratus (-u), mitigatus (-u), monstratus, mutatus, narratus, netus, nouatus, obauditus, obnexus, obnisus, obtectus (-u), obtrectatus, obuentus, occubitus, occupatus, opertus, opitulatus, oppexus, palpatus (-u), parentatus, participatus, perceptus (-u), perculsus, perditus (-us s.),

praeuise: Aug. in ps. 63, 7 *repente, id est insidiose, quasi inopinate, quasi non praeuise.*

prauicors: Aug. in ps. 124, 2 *prauicordes sunt, id est qui rectum cor non habent,* gloss.; — prauicordius S. S. Os. 14, 10 ap. Aug. in ps. 146, 7, Vulg. Sirac. Cf. mundicors Aug., Ps. Euch., tardicors Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 16, ep. 93, 31 al., duricors, bicors, et ipsa recc. (torticordius Aug.).

pressoriolum: Caesar. reg. ad uirgg. 26 *claues de arcellis uel pressoriolis uestris registoria teneat.*

---

praeuisio C; — *prauiter* ib.; — prela ib.; — *presbyteralis* B; — primitiualis A; — *primitiuatus,* us B; — *primogenitor* A; — *primogenitus,* us B; — *principator* C.

pergustus (-us s.), permixtus (-u), pertractus, possessus, potatus, praefatus, praegnatus, praegressus, praescriptus, praescitus, praetractatus, praeuentus, *pransus,* primogenitus (-u), proculcatus (-ui), proditus (-u), prolapsus (-u, -us, -num), prolatus, promotus, pronuntiatus, *propitiatus,* prosectus, protectus, protractus, prouectus, *pulsatus, radicatus,* raptatus (-us gen.), reboatus, reciprocatus, recogitatus, recordatus, redactus, redimitus, refectus, reflexus, reformatus, *refractus,* reiectus, remeatus, remorsus (-us sg.), renutus, repertus, reseratus, retentus, retractatus, retractus, retrocessus, retrogressus, reuentus, reuersus (-u), reuibratus, rigatus, rosus, ructatus (-ibus), ruditus, rugitus, sacrificatus, scortatus, *sectus,* sedatus, separatus, septus, sessus, sibilatus, spretus, sputus, *sternutus,* stimulatus (-u), stipulatus, structus, submersus, subministratus, submissus, subuectus, succentus, *suffectus,* supergressus, suppetiatus, sustentatus, sustentus, temperatus, tersus, toleratus, traditus, transcensus, uagatus (-us pl.), *uallatus, uaratus,* ueneratus (-u), uibratus, unctus, *uociductus,* uolitatus, uolutus, uoratus (-u), uulgatus. Multa in his sunt Tertulliani singularia, ut: pertractus, praegnatus, praescriptus, praetractatus, prolatus, recogitatus, recordatus, reformatus, retractatus, retractus (10 inter 73 p- et r-).

processorius: Vita Caesar. Arel. I, 4, 32 *casula* (cf. A p. 5 * sq.) *quam processoriam habebat.*

proditus, u: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. III, 168 *qualitatem rei . . criminatorum eius, qui tamen se ei seruire profitentur inuitos, proditu uindicabo.*

producibilis: uid. s. u. improducibilis.

prolapsus, us: Rufin. Orig. principp. II, 1, 1 *diuersitatem ac uarietatem motuum ac prolapsuum eorum, qui ab illa initii unitate atque concordia, in qua a Deo primitus procreati sunt, deciderunt,* „Aug. in ps. 109, 17, Gelas. pap. ep. 30, 7“.

proluuium: Ambr. De uirginib. I, 4, 18 *exemplum taciturnitatis et proluuium castitatis, uicta est cupiditatibus, quae tormentis uinci nequiuit* (cf. Non. p. 254ª, Seru. ad Aen. III, 217).

promptitudo (promptitude): Facund. defens. III, 3 *ut cum gaudio et promptitudine et alacritate passiones adirent,* ib. inf., „Actt. S. Ignat. ep. et mart. n. 4“, Onom. lat. gr. Cf. sup. s. u. deliquatitudo, et A p. 12 * not.

---

proculcatus, us ib.; — *proculus* adi. ib; — *prodefacere* A, add. „Lex Visigoth. 6, 4, § 3“ (cf. prode praep. Charis. II p. 236, comp. prodius Varr. ap. Non. p. 33ª: Neue Formenl. t. II p. 575); — *prodificare* A; — *prodificatio* ib.; — *profectoria* subst. ib.; — *proficienter* B et C p. 26*; — *proficue* A et C p. 16*; — *progenerator* Erg. I; — prolitare A; — *promanare* B; — promulgatrix ib.; — *propinator* C.

propitiatorius adi.: Ambr. fug. sec. 3, 14 *bonitas Dei propitiatoria;* — propitiatorium s. idem aliique.

propositor: Aug. de duab. anim. 8, 10 *nescio quomodo saepe in altercando magnae quaestionis propositor personam magni doctoris ostentat, plerumque ipse ipso, quem terret, in eo, de quo terret, indoctior,* id. in Joann. tr. 19. 16 *ut ipse esset expositor, qui propositor*[26]).

---

26) Amat Augustinus nomina uerbalia in -tor (-sor) et -rix et adhibere solito crebrius et affigurare noua. Etenim permulta apud eum inueniuntur propria ac pecularia ipsius, pleraque solius, aliqua et ab uno alteroue scriptore usurpata post ipsum. Cuiusmodi sunt haec per literas infra descripta (quorum quae regessimus ipsi diductis, ut solemus, distinximus literis): accensor, acquisitor (Georges l. l. p. 269), ademptor, appensor, attestator, beatificator, blasphemator, captiuator (cf. Beitr. III s. u. captiuare), confortator, confusor, coniunctrix, consolatrix, conuersor, conuocator, coronator in ps. 134, 11 al., decerptor, dehortator in ps. 80, 11 al., deplorator, depraedator bapt. VI, 1, 1 al., dictor, dinumerator, discriminator, dissipatrix, effusor in ps. 58 s. 1, 15 al., enuntiator, exactrix (etiam Ennod. ep. III, 30), exaltator, examinatrix, excaecator, exclusor in ps. 54, 23, in 67, 39, spir. et lit. 10, 17 al., excruciator, excusator, exstirpator, exsufflator, fatigator, formidator, fotor, impeditor, impletor, indutor, insanifusor, insibilator, insignitor, insultator, intellector, irrigator in ps. 88, 7 al., iustificator c. Petil. II, 15, 35 (hominum), grat. Chr. et pecc. orig. I, 26 al., lacerator (etiam Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 3), luminator, manducator, mundatrix, murmurator, naufragator, numerator, obeditor, obtemperator, occursor, oppignerator, oppugnatrix c. sec. resp. Jul. VI, 6 al., ordinatrix, parator, perceptor lib. arb. II, 20 al., persecutrix, pertractator, plantator, praecantator, praecantatrix, praecantor, praecipitator, praefi-

propriificare: Rustic. c. Aceph. p. 1245 *corpus diuinitatis Filii templum, . . ita ut* (corpus) *propriificaret ea quae huius erant diuina natura, . . propriificationis autem nomine deputare et carnis proprietates (generationem dico et mortificationem) aut errantis . . est mentis aut . . aegrotantis,* et ib. aliq., p. 1248 A.

propriificatio: Rustic. c. Aceph. p. 1245 (s. u. propriificare) et ib. aliq., p. 1246 A.

prosator: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. I, 90 *alterum* (Abraham) *esse prosatorem carnis innocuae, alterum* (diabolum) *seductorem miserae uoluntatis,* 120, Mar. Mercat. Subnotat. (adu. Julianum) 5, 1 *in illis prosatoribus generis humani,* 6, 1, 9, 6 et 9; — prosatrix gloss. Isid.

prosurgere: [Fulg.] serm. 11 *mendaces simulque uoraces prosurgunt.*

protitulare: Aldh. Septen. col. 173 t. 89 M.

---

protectrix B.

gurator, praenuntiator c. Faust. XXII, 79 al., progenerator, progressor, propinator, propositor, recnditor, redhibitor, refactor, restauratrix, sensificator, separatrix, sperator, suffragatrix, superintentor, tactor, terminator, tolerator, trucidator Ciu. Dei XVI, 43 al., triturator, turificator, uenenator, uentricultor, uiolatrix bon. coni. 4 al., uisitator in Joann. Ep. ad Parth. tr. 2, 10 al., — 94 (per nos regesta 49), hoc est cunctorum -tor (-sor), -rix terminatorum, quaecunque recc. in Beitr. II col. 352—66 congregauimus (accedentibus, quae deinde subnotauimus in Beitr. III n. 10), 7 %. Cf. C n. 17.

Isidorus duobus uoluminibus, quae Synonyma . . protitulantur (p. a. praetitulauit), col. 172 *Prosper in libro quem Epigrammata protitulauerat.* Cf. titulare C p. 22*.

protracte: Pauli et Steph. Reg. ad monach. 7 *ut* (psallendi modus) *nec nimium protracte, nec supra modum correpte, sed . . temperata semper modulatione dicatur* (compar. Sarisb.).

prouector: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 17 *adiutores et prouectores* (*γρ.* peruectores) *iustitiae* (bis), „Gelas. pap. ep. 14 n. 23"; — prouectio Lact., usitatius recc. prouectus, us.

psalmidicus: Aug. (?) Alterc. Eccl. et Synag. p. 1137 M. *respice quod psalmidicus ait . .* (Ps. 67), „Hormisd. ep. 124, 1", — pro usitatiore eccl. psalmographus; cf. psalmicen Sid., hymnidicus Auien., „Faustin. presb. (sec. IV p. med.) de Trinit. 4", Coelestin. pap. (423—32) B, Cassiod. C p. 25*, Greg. M. (cf. Cang. Gloss.).

pseudopastor: Hier. in Eph. II, ad 4, 11 sq. *pseudopastores et pseudomagistri.*

pullulamentum: Dionys. Exig. Greg. creat.

---

prudenticulus A; — psallentium ib. (habet Quicherat); — pseudocastus B; — pseudochristianus A, cf. Beitr. III; — psiathus B add. „Dion. u. Pachom. 43"; — psoalgicus A; — psychogonia ib.; — *pudescere* person. B; — *pugnatio* C; — *pullinaticius* A.

hom. 30 *radicum pullulamenta nondum priuata uiuacissimo uigore;* „Petr. Chrysol. s. 56 in.“

pulsabulum [27]: [Fulg.] serm. 54 *obstupuit in cithara corporis pulsabulum uocis.* Legebatur hoc uocabulum etiam App. Flor. 15, sed e coni. pro corrupto 'suosabulum' codd. (Krüger: suscitabulum). Ergo nunc lexicis non tam additur, quam uindicatur.

purpuramentum: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 18 *illa pessima tinea, quae purpuramenta uirtutum demolitur.*

---

puluescere C; — *pupare* B; — *purare* (pus) A; — **purgatio* concr. ib.; — *purificatiuus* ib.; — *pustella* ib.

27) De nominibus in -bulum (-bulus, -bula) inclinatis (canonice a uerbis) uid. Corssen Beitr. z. lat. Formenl. p. 359—63, cl. HA p. 42* sq. (A p. 92 n. 76, ib. p. 25). Quaecunque adhuc collegimus huiusmodi, indidimus infra scripta, — ea quae non sunt apud Corssen cruciculae appositione distincta, quae recc. sunt auctoritatis quo ann. 4 praediximus modo, denique quae uidentur esse denominatiua, uncis inclusa: acetabulum (acetare App. herb., gl.), † *canabula*, ae (cf. canalis), († cartibulum), conciliabulum, († cunabula, orum et incunabula), († desidiabulum Plaut.), † *dicibula* Tert. et *dicabula*, orum M. Cap., († *digitabulum* gl.), † *excipiabulum* Seru., fabula (fatibula ?), † denti -frangibulus et -um, † nucifrangibulum, † *fundibulum* et in -fundibulum, † *in-fumabulum*, *ignitabulum*, incitabulum Gell., *inquinabulum*, latibulum, † *mandibula* (C p. 12*), *medicabulum*, † mendicabulum, natabulum, † *ex-orabulum* (cf. oraculum), pabulum, patibulum, † *pedibulum* (pedire gl.) Greg. Tur. hist. Franc. III, 15, rutabulum, (sessibulum, cf. sediculum), stabulum — et naustibulum, prostibulum et -la, ¿ uestibulum, cf. obstaculum —, subula, † *in-subulum*, suffibulum, suscitabulum, tabula, tintinnabulum (cf. tintinnaculus, -*lum* Non. p. 28[a]), tribulum et -la, uectabulum Gell., Non. p. 38[b] (cf. uectaculum Tert.), uenabulum, *uertibulum* et -*la* (cf. uerticulus, -la, -lum: A n. 18), uocabulum.

putens adi.: Aldh. laud. uirginit. 35 *putentissimis . . lotii odoribus.*

Quantitudo: Coel. Aur. salut. praecc. 10 *secundum Asclepiadem et Erasistratum* (sanitas est res) *uniformis, nolunt enim summum sanitatis et quantitudinem* (sic cod. Lond.) *esse.*

* **quatenus** pro **ut** catachresin cum in Cassiodoreis, in Variarum praesertim libris Cassiodori et in edita ab eodem historiae ecclesiasticae uersione latina, crebro usurpatam inuenissem, post eandem cum ab aliis interdum usurpari (u. c. Venant. Misc. III, c. I s. f., Aldhelm. laud. uirg. 35, 36), tum ICtorum eloquio esse familiarem. Quorum e scriptis Dirksen Man. Latin. fontt. iur. Rom. s. u. 'quatenus' demonstrabit exempla, partim aequaeua fere Cassiodoreis (imp. Justiniani Cod. Just. III, 28, 35, III, 41, 26, VII, 7, 1 pr., Jul. epit. Nou.), partim, ut uidentur, etiam antiquiora, ueluti Vlpiani et Pauli, qui uixerunt ineunte sec. III, exempla quae affert ille singula, quarti sec. Cod. Theod. XIV, 4, 6 (389 p. C.) 'auctoritas tua . . suo insistat officio, quatenus id . . intactum faciat perdurare', quinti seculi C. Just. II, 8, 1 et 7, 13. Locos autem quos collegi Cassiodoreos regesturus hoc praemonitum uolebam, admissam esse in eis uideri istam parti-

---

pyramoides ib.; — **pyxis* (medicamen) ib.; — quadricolor C; — *quadrimodus* ib. add. „Hilar. Trin. VIII, 29"; — *quammagnuscunque* A.

cularum permutationem ita praecipue (3/5), si colon coniunctiuum, a 'quatenus' in 'ut' locum subrogata incipiens, aptum esset a colo alio coniunctiuo 'ut' coniunctionem praeferente: ut . ., quatenus . ., — semel tantum, Var. VIII, 30, permutatione inuersa, ita ut non ut posterius, sed ut anterius loco cesserit: quatenus . ., ut . . Locos ipsos subsequenter partim indicaui, partim apposui: Var. III, 31 *Joannem uirum spectabilem . . ad haec . . direximus inquirenda, ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur, quatenus quid de singulis rebus aut de praesumptoribus earum fieri oporteat . . censeamus,* I, 35 *a qua* (torpedine) *tantum infigentium dextrae praegrauantur, ut per hastam, qua fuerit uulnerata, ita manum percutientis inficiat, quatenus uiuae substantiae pars sine sensu aliquo immobilis obstupescat,* I, 36, V, 16 et 19, VII, 31, X, 21 et 23, XI, 3, XII, 5 et 24 ex., XI, 11 (si quis uendentium non seruauerit, quae praesentis edicti tenor eloquitur,) *per singulos excessus sex solidorum mulctam a se nouerit exigendam, et fustuario posse subiacere supplicio, quatenus eum et damni metus terreat, et praedicta poena uehementer affligat,* I, 21, IV, 45, V, 9, XII, 4 et 26, Chron. praef.; — hist. tripart. V, 17, *ut euocantes te moneremus, quatenus communionem scelestissimi Athanasii . . abnegare non differas,* X, 27 *misit ad ciuitatis episcopum rogans, ut iuberet ei qui ligauerat, quatenus eius uincula resolueret,* IX, 24 *meretrices in eis* (tabernis) *prostare faciebant, quatenus per eas plurimos deciperent, alios*

qui pro pane ueniebant, alios qui ibi pro luxuriae turpitudine festinabant, IV, 27, 28, V, 21, VI, 1.

quaternalis: Adaman. locc. sanct. I, 2 *bis quaternales portus habet,* ib. 3 et 22, III, 4 *per quaternales singulas uices,* — cuiusmodi idem scriptor noue habet porro: **trinalis** uita Columb. III, 22 *usquequo illi trinales* (i. e. tres) . . *dies et totidem noctes terminarentur,* id. locc. sanct. III, 3 *eorundem trinalium lignorum;* — **quinalis** uit Col. II, 16 *huius* (hominis pauperis) *buculas quinales* (h. e. uaccas quinque) *aequaliter benedicens;* — **octonalis** locc. sanct. I, 22 *octonalium lucernarum.*

quinalis: uid. 'quaternalis'.

quotidianarius: Ps. Soran. quu. medic. 146 *quotidianarius typus* (febris) *quotidie necessario patitur, planetae autem sine hoc sunt.*

Radicalis: Aug. c. Faust. XIII, 12 *non intelligunt, ibi esse . . quodammodo germanam atque radicalem christianam societatem, unde istos separauerunt;* — adu. Aug., Jul. uita contempl.

* **rancidus** trnsl. q. acerbus, fastidiosus, infensus: Ennod. ep. III, 11 *despicientes rancida potentum fastidia,* 5 *rancido despicientes cuncta neglectu,* IV,

---

**quilibet* relat. ib., cf. Beitr. III 'ubilibet'; — *quotuslibet* B; — **quousque* relat. C; — rabidosus A; — ramicosus ib.; — *ranaceus* ib.

23; — cf. rancor (rancune) Hier., Aug. ep. 73, 1, Cassian. Coen. Inst. XII, 27 'cum contra fratrem rancorem quendam in corde conceperit', 29, id. Collat. V, 16, XVI, 6 et saep., Ennod. ep. V, 23 al., Primas. in Hebr. 12, Paul. et Steph. Reg. ad monachos 19 'ne paruissima occasione aut rancor inter fratres de iniustitia aut . . aperiatur', ib. 26 (animorum), Ps. Aug. ad frr. erem. s. 9 'ab ira procedit rancor, a rancore odium', Isid. reg. monach. 17, 3, quu. in Deuter. 16, 3 (alios cit. De-Vit); propr. Pall., Marc. Emp. 20 p. 331 Steph. (stomachi).

rapanapus: Dynam. I, 36 *rapanapi calidissimi sunt et conturbant corpus.* Cf. napocaulis A s. u.

reagnoscere: [Fulg.] serm. 29 *cito reagnoscenti et cito de se confitenti.*

reburrus (rebours): Aug. c. Faust. VI, 1 *coluum ac reburrum et similis notae hominem non constituere sacerdotem,* ib. 9 (cf. Leuit. 13, 41), N. Tir., gloss. *ἀνάσιλλος,* Thom. Thes.

recipiscere: Ven. Fort. u. Germ. 16 *hinc stupentes digiti uigorem pristinum recipiscunt.*

---

raptatio ib.; — raptatus ib.; — *raripes* C; — *rasorium* A; — *rationabilitas* B add. C p. 17* et „Hilar. in Gal. 24" (cit. De-Vit); — recaluities C; — *recapitulari* A; — recaptiuatus ib.; — *receptatrix* C; — *recessa* ib. et „Itin. Burdigal. in."; — *recogitatio* B et Erg. I; — recompaginare B; — *recompensare qm A.

reconciliatrix: Cassiod. in ps. 40, 1 *reconciliatricem humani generis eleemosynam.*

reconditio: Aug. in ps. 58 serm. 1, 6 *consilium reconditionis inuenit, ut destructis ueteribus apothecis nouas construeret ampliores.*

reconfirmare: Primas. in II Cor. 1 *ut ipsi reconfirmemini, non uos debere pertimescere passiones.*

reconstringere: Ps. Soran. quu. medic. 251 *ut et iuncturae reconstringantur atque coeant.*

reconuertere[28]: Facund. defens. IX, 4 *reconuertentes dicere, quoniam* (n. 19) *anima caro est et caro anima.*

rectificatio: Junil. De partib. diuin. leg. II, 29 *rectificatio contrariorum* (sc. doctrinae uel legi Christianae), *ut sibyllarum uel prophetarum,* gloss.; —

---

reconditor C; — *recongerere* ib.; — *reconiungere* A; — *recorrectio* C; — **recreatio* q. oblectatio Chalcid. A (id. script., cit. De-Vit, proprie: r. mundi, it. gloss. *παλιγγενεσία*); — *recrinitus* B.

28) Cf. re-co-gnoscere, *recogere,* recolligere, *recollocare, recommemorari,* recomminisci, *recommonere, re-com-paginare,* (¿ an: re-compagin-are; exstat tamen simpl. paginare), *recompensare, recompingere,* recomponere, *reconcedere, reconcludere,* recondere, reconducere Plin. postt., reconflare Lucr., *recongerere, reconiungere, reconsiderare, reconsignare, reconstruere* (Cassiod. in ps. 144, 8 'miserator quoque est, cum res cadentes sua pietate reconstruit' al., Jorn.), *recontinere, reconualescere, reconuincere*, recorrigere. Praeterea binis praepositionibus, quarum prior est re-, praeaucta uerba inueni uett. 3, recc. 19.

rectificare Ps. Cypr. sing. cler. 40 '(singularitas) cupidinem domat mentemque rectificat' (ubi tamen editor nouissimus e cod. Sangerm. 839 'castificat' scripsit), gloss. Cyr.

recusatiuus: Coel. Aur. salut. praecc. 22 *nocentium recusatiua* (sc. praecepta), *ut 'ne quid nimis'*.

redhibitor: Aug. in ps. 58 serm. 2, 1 *quam sumus nos deuoti redhibitores, tam debetis uos esse auidi exactores,* gloss. Philox.

redimicula, ae: [Fulg.] serm. 5 *spinae cornibus eius* (arietis) *tanquam redimiculae fuerunt et ornamenta gemmarum,* — pro redimiculum uett. Cf. n. 45.

rediscussio: Hier. in Naum. 2, 10 *excussio, rediscussio, quam eius ait esse 'qui non semel excutitur, sed frequenter'*.

refactor: Aug. in Joann. tract. 38, 8 *hominis formator et reformator, creator et recreator, factor et refactor* (refector Suet., inscr., Nouatian.)

refocillatrix: Aldh. De septenario col. 167 t. 89 Migne (dominicae orationis intercessio . . purulentis animarum ulceribus) *medicinae refocillatrix.*

reformabilis: Hier. in ps. 2 *uas figuli antequam*

---

refiguratio ib.; — *reflorere* ib., add. „Ferrand. ap. Mai. Nou. Coll. t. III, p. 169 (refloreat)"; — *refrigeraui* intr. (¿ refrigerascere) A; — *refrigerosus* C uel (rectius) *-iosus* Beitr. III.

in testam fuerit obduratum, si dissipetur, reformabile est.

refutatiuncula: Aug. (?) Alterc. Eccl. et Synag. p. 1133 *Dominum . . cum . . miserabili refutatiuncula blasphemasses.*

registoria, ae (regesti s. thesauri curam gerens): Caesar. Reg. ad uirgg. 26 (s. u. pressoriolum).

relactantia: Ps. Soran. puls. p. 275 Rose (ut lectulo insedeas propter has ualitudines quae modico sedentis motu in peius periculum prouocare consuerunt,) *sicuti est sanguinis fluxus aut perniciosa relactantia* (Rose: reluctantia).

relatrix: Dracont. carm. (ed. Duhn) IX, 17 *fama.*

relectio: Bonifac. pap. II (530 sq.) t. 65 p. 42 M. *ex relectione libellorum,* Facund. defens. V, 2 *post relectionem eiusdem* (epistolae), „gestt. collat. Carthag. ad fin.“

reluctanter: Aug. lib. arbitr. III, 69 (s. u. renitenter).

remoratio: Aug. don. perseuer. 17, 3 *remorationem meam ferant, quibus ingenio praeuolare do-*

---

regenerator Beitr. II; — regestorium A; — *rehebescere* B; — *reignire* C; — *reinterpretari* B et C p. 18*; — *relapsio* B; — remedialiter ib.

natum est, Rufin. Clem. Recogn. IV, 17 *absque ulla remoratione discedunt,* id. Orig. in Rom. et Paul. Nol. B col. 218.

remorsus, us: Primas. in Gal. ad c. 5 *legis praecepta ad reuindicandum parata, ut morsum sequatur remorsus.*

remurmuratio: Cassiod. in ps. 37, 14 *nulla contra Deum remurmuratione.*

renascibilitas: inc. quu. ex nouo Test. 50 (baptismus non debuit cessare,) *quia forma renascibilitatis est a Christo coepta,* quu. ex utroq. Test. 115, 127; cf. nascibilitas Gennad. B s. u.

renitenter: Aug. lib. arbitr. III, 69 (anima) *quae nec libenter nec indifferenter, sed potius renitenter et reluctanter intenditur in eam passionem corporis sui, qua eius unitatem atque integritatem labefactari moleste accipit.*

reserabilis: Cassiod. in ps. 1 pr. *nunc claues psalmorum reserabiles apponamus, ut . . Regis nostri palatia introire mereamur.*

---

renitentia C; — *repensator* B; — repensitatio C; — *replantare* A et B; — replasmare B add. „intpr. Iren. III, 18, 2"; — replasmatio B; — repropitiatio ib.; — repropitiator ib.; — repropitiatorium A; — repudiabilis B; — **requirere* qm. de re A; — resigillare ib.

resociare: auct. Hypogn. III, 9, 14 *fidelium numero resociandum.*

resonatio: Cassiod. in ps. 150, 4 *tympanorum est . . tensi corii sonora resultatio, quod musici disciplinabili mensura percutientes geminata resonatione modulantur,* Ps.-Soran. quu. medic. 226 (quid est apechema?) *resonatio rupturae testae in alia parte, non ubi fit uulnus,* ib. 219.

resonus subst. q. resonatio uel resonantia: Coel. Aur. tard. III, 8, 105 (ascitem sequitur uentris inflatio . ., et pro corporis motu liquoris collisi sonitus,) *uel ad concussum palmae resonus tanquam semipleni utris,* ib. 106, IV, 5, 82 *si palma fuerint partes pulsatae, ut tympani resonum fingunt,* ib. 83; 7, 93; — resona subst. gloss. gr. lat. ἠχώ.

resudatio: Coel. Aur. signif. 79 *quot sunt differentiae sanguinis fluoris? tres: eruptio, uulneratio, resudatio,* 82 *ex quibus resudatione* (sc. factum fluorem apprehendis)?

resultator: Cassiod. in ps. 9, 27 *in ore habebit . . amaritudinem, quando resultatoribus suis poenam mortis indicet;* — resultatio id. in ps. 150, 4 (s. u. resonatio), id. Var. II, 24 al., et alii ante eum (C p. 18*).

---

resolidare B; — *resplendescere* ib., N. Tir.; — restructio A p. 18*; — retiatus A; — *retrarius* C.

retrocessio[29]): Aug. quant. anim. 37 *si deiicitur desuper maior, minor autem contra sursum uersus iacitur, ubi obuiam uenerint, repercussio minoris et retrocessio fiat necesse est* (retrocessus, us App. dogm. Plat. I, 8).

reuindicare: Primas. in Gal. ad c. 5 (s. u. remorsus).

rubicundosus: Dynam. II, 35.

ructatus, us: Aug. c. Faust. V, 10 *ut uestris ructatibus cito purgentur*, XX, 13.

rusticola: Ven. Fort. Misc. V, carm. 5, 107 *res*

---

reuelamen A; — *reuersim* ib.; — reuersus, u C; — *reuidere qm. A add. „Cassiod. ad Actt. Ap. 51"; — reuiuefacere A; — reuiuiscentia ib.; — rhythmizari ib.; — roborabiliter ib.; — roboramentum B; — *roscidare* C; — *rosura* A; — rotabundus ib.

29) Praeter digesta in nostris Addendis Augustinus nomina in -tio (-sio) a uerbis inclinata noue habet et peculiaria ac pleraque solus haec fere: admemoratio, breuiatio gestt. Pelag. 32, 57 al., coaptatio gen. ad lit. X, 21 al., confricatio (p. II s. u.), conscissio ep. 51, 3 al., conuictio (conuincere) Contra sec. resp. Jul. V, 27 'ut non uerborum meorum conuictione, sed librorum tuorum multitudine gaudeas' al., „Xyst. pap. III ep. 4", depropitiatio, diffamatio, dilapsio, discissio ep. 33, 2 al., „Hilar. Trin. X, 39", euigilatio, excaecatio, excommunicatio fid. et opp. 2, 3, ib. 19, 34 al. (praeter Aug. in lexx. non citatur nisi Gestt. coll. Carth. apud De-Vit), expergefactio in ps. 3, 5 al., „intpr. Iren. IV, 22, 1", imperfectio In Gal. 12 al., irreptio ord. II, 38 (falsitatis) al., mansuefactio (Oros. add. De-Vit), obduratio quu. in Hept. II, 24 al. (cf. C p. 13*), peremptio In ps. 59, 5 al., perfructio doctr. christ. I, 22 al. et perfruitio (C p. 14*), ploratio, praerogatio (p. II s. u.), secutio, trituratio quaestt. 61, 1, in ps. 54, 19 al.

sacra rusticolas, urbanos excitat omnes al., „Aethici Cosmogr. 44“, et ut uar. lect. Prud. c. Symm. I, 107. Cf. foedifragus pro foederifragus, circellio Aug. pro circumcellio, et hoc genus alia, de quibus uid. A p. 30 n. 32 et p. 19*.

Sacramentalis: Cassiod. in ps. 8, 11 *hunc esse ex his primum psalmum, qui se repetitione uersuum sacramentali iteratione congeminant;* — sacramentarium Gennad., „auct. serm. Dominic. inter Monum. uet. ad Arianos pertin. p. 651 t. 13 M.“ Cf. Epim. I.

salicula (salix): Aldhelm. laud. uirginit. 4.

saluamentum: Venant. u. Alb. 9 *ut beata unius actio generale fieret saluamentum.*

123 Leges, ***sanabilis** act.: Coel. Aur. tard. IV, 8, 124 *erit sanabilius ut . . usum primo adhibeamus congrui cibi ac potus.*

sanatorius[30]: Cassiod. (Epiph.) hist. tripart.

---

sabbatizatio C; — *saccellare* A; — *saccomel* ib.; — *saepefatus* ib.; — salictor ib.; — *saluatrix* B et Erg I, add. „Prosp. epigr. 39, 3, Laurent. Nouariens. hom. 2 s. f.“; — *salutatiuus* A (De-Vit habet Apul. de nota aspir. 10).

30) Adiectiuorum in -orius — proprie: -t(s)or -ius — quaecunque adhuc collegi exempla conexui, quorum quae recentioris sunt auctoritatis (quae numero multum exsuperant) literis, prout solemus (ann. 4), expressimus inclinatioribus, regesta per nosmet diductioribus, — ea uero, quae quasi defecta suis sunt primitiuis, utpote originariis in -or nominibus substantiuis non comparentibus, diple (>) appicta notauimus, adiecto uel insuper

XII, 2 *dum quidam portus in ore Ponti Euxini constitutus ex antiquo Pharmacus appellaretur, id est uenenarius, mutato nomine eum locum Sanatorium nominauit* (Atticus episcopus).

---

adiecto signo exclamationis (!uel!>), si quae aut fictura uidebantur constitisse anomala, nimirum non ab -or finitis in -ius, sed ab aliquolibet primitiuo declinata in -orius (ut a consist-ere consist-orium) uel -t(s)orius (ut a terra territorium), aut certe significatione degenerasse, ita ut essent instar -iuus uel -bilis finitorum (ut: ! occisorius Tert. q. qui occidi potest, interfectibilis) aut instar -arius (ut: ! > piperatorium): absolutorius pA, acceptorius pA, > *acclinatorium*, accubitorius pA, accusatorius, *actorius*, *adductorium*, *adiuratorius*, adiutorium pA, *administratorius*, *admonitorium*, *aduentorius*, adulatorius pA, > *adundatorium*, *aedificatorius*, *aestimatorius*, agitatoria, *agrimensorius*, aleatorius, *allectorius*, *altercatorius*, *alucinatorius*, amatorius, ambulatorius B Alex. et pA, > *amictorius*, > *amputatorius*, *apparatorium*, *appellatorius*, *appetitorius*, *aratorius*, *assertorius*, *assessorius*, > astrictorius pA, > *attractorius*, aucupatorius pA, auditorium *(-us)*, *auguratorium*, *baiulatorius*, *balneatorius*, > barbatoria pA, *bellatorius*, > *calamistratorium*, calatorius, *calcatorium*, *calculatorius*, > *calefactorius*, ! > candidatorius, *captatorius*, *captorius*, *castigatorius*, *cauillatorius*, censorius, > *cessorius*, > *chalatorius*, *cinctorium*, *circitorius*, circulatorius pA, *circumcisorium*, *circumscriptorius*, *circumuentorius*, *cisorium* (caesor), > *citatorium*, clamatorius pA, > *cocinatorius*, *coenatorius*, *cogitatorium*, *cognitorius*, > *colatorium*, *collusorie*, ! > comatorius Petr. (acus), *commemoratorium*, *commendatorius*, *commissorius*, *commonitorius*, *communicatorius*, *completorium*, *compositorius*, > *compunctorius*, > concalfactorius pA, concertatorius Cic., Boeth., *concisorius*, *concursatorius*, > *condescensorie*, conditorium pA, *confessorius*, *conflatorium*, > *confrixorium*, *confutatorium* (inscr. libelli cuiusdam Mar. Victorini), *conseruatorius*, ! > *consistorium*, consolatorius, *constitutorius*, *consultatorius*, *consummatorius*, *consumptorius*, *contemplatorius*, > *contestatorius*, *contradictorius*, > *coopertorium*, *copulatorius*, *correptorius*, *corruptorius*, ! > *cosmetorium*, *cruciatorius*, *curatorius*, *cursorius*, damnatorius, > *deambulatorium*, *deceptorius*, declamatorius, > decretorius pA, > *decursorius*, *deductorius*, *defensorius*, > defunctorius pA, *dehortatorius*, > *delacrimatorius*, *delatorius*, *delegatorius*, *delenitorius*, *delusorius*, *demonstratorius*, *deportatorius* (deportator gl.), *depositorius*,

sapidulus: Mar. Merc. Nestor. serm. 12, 6 *ut eorum contiones etiam elegantes et sapidulas superemus* al.

---

deprecatorius, depulsorius pA, *derisorius, deriuatorius* (deriuator gl.), *derogatorius, descensorius, desolatorius,* desultorius, *detractorius,* deuersorius, *deuoratorium,* dictatorius, *digestorius* (q. digestiuus), *dilatorius, dimissorius, directorius, diribitorium, discretorium,* discussorius pA, *dispensatorius, disputatorius, dolatorius,* dormitorius pA, *effectorius,* ! > *effeminatorium* Thom. Thes. 'domus meretricum', *effusorium* et *-ie, elatorie, emendatorius, emptorium* Thom. Th. („*ἐμπόριον*?": cf. A n. 22), > *emunctorium, epulatorium,* ! *ereptorius,* erogatorius pA, *euocatorius, exaggeratorie, examinatorius, exceptorius,* excisorius pA, *excitatorius, exclusorius,* > *excolatorium, excusatorius,* excussorius pA, *exercitatorius, exercitorius, exhauritorius* gl. Isid. (hauritor), > *exhaustorius* Aldh. De septen. col. 214 tom. 89 M. 'rota putei exhaustoria antlia uocatur', *exhibitorius, exhortatorius, exoratorium, expiatorius, explanatorius, exploratorius, expugnatorius, expulsorius, exsecutorius, exstructorius, exsuperatorius, extenuatorius* (extenuatrix Macer sulph.), *exterminatorius,* > extractorius pA, exulceratorius pA (exulceratrix), *fabricatorius, factorium, famulatorius, fascinatorius, fatigatorius,* feneratorius pA, *fertorius,* > *fiblatorius, fictorius, fideiussorius, fistulatorius, fossorius, fractorium,* > *frixorium, frustratorius, fusorius, generatorius, gestatorius,* gladiatorius, > *glorificatorius, glutinatorius,* > *gratatorius, gratulatorius,* gustatorium pA, *hauritorius, hortatorius,* ! > *hostorium, iaculatorius, illusorius, imitatorius,* imperatorius, ! > *incorruptorius, increpatorius,* > *incursorius, inductorius* et ! *-ium, indutorius, infectorius, infusorium, instigatorius, institorius, institutorius, insultatorius, interdictorius, interemptorius, interfectorius, interpretatorius, interrogatorius, introductorius,* > *introitorius, inuitatorius, irrisorius, iudicatorius, iuratorius, iurgatorius, iussorius, lacrimatorius* (-tor Forc. s. u.), *latratorius, lauatorium, laudatorius,* ! > legatorius, *libatorium,* > *liciatorium, lictorius,* > *liquatorium, litatoria* (= *σπονδεῖα*) S. S. uers. uet. (Theol. Quartalschrift 1870 p. 36), > *lucubratorius, ludificatorius,* lusorius pA, *mandatorius, mansorius, medicatorius, meditatorium, mensorius,* meritorius et *-um,* messorius, *metatorius,* > *mictorius,* ministratorius pA, *missorium,* > *mollitorius,* monitorius pA, *moratorius, motorius, mundatorius, mutatorius, natatorius, negatorius, negotiatorius, nominatorius, notorius,* nugatorius, > *nuptorium, nutri-*

saporosus: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 69 *uinum bibebas saporosum*, „Constantin. Afric. de febr. 4“.

---

torius, obiurgatorius, *oblatorius, oblectatorius*, > *obligatorius*, ! *occisorius*, ! *occupatorius, occursorius, offertorium*, olfactorium pA (-trix), olitorius, *operatorius*, > opertorium pA, oppugnatorius pA, oratorius, ! > *orsorius, ostentatorie*, pabulatorius pA, *pacatorius*, pacificatorius Cic., > *palmatorius, pariatorius, peccatorius, percussorius, peremptorius*, > *perfunctorius*, perfusorius pA, > *perlusorius, persuasorius, petitorius, pictorius*, ! > *piperatorium, placatorius, plantatorium, portatorius, portitorium, possessorius, potatorius*, potorius pA, *praecentorius*, > *praecinctorium, praecursorius*, praedatorius, praediatorius, *praedicatorius, praefectorius*, > *praelusorius*, > *praemeditatorium, praemonitorius, praeparatorius, praesumptorius*, praetorius, *praeuaricatorius*, pransorius pA, *precatorius*, > *prensorium*, pressorius pA, > *priuatorius, probatorius, processorius, procuratorius, profectoria*, professorius Tac., prohibitorius pA, > *proiectorius*, ! > promuntorium, *propitiatorium* et *-us, prosecutorius, protectorius, prouocatorius*, ! > *puellatorius* (?), pugillatorius, pugnatorius pA, ! > *pultorium*, > punctatori-olae Cato ap. Fest., *punctorium, purgatorius*, > *purificatorius, putatorius*, quaestorius, > *quietorium, rasorium*, > *rebrachiatorium, receptorius*, > *reclinatorium, reconditorium*, > *recubatorium*, recuperatorius, *redhibitorius, refectorius*, refrigeratorius pA, > *refusorius, refutatorius*, ! > *regestorium, relatoria*, ! *repertorium*, repositorius, *repropitiatiatorium*, repugnatorius Vitr., *repulsorius*, > *requietorium*, > *rescissorius*, > *resolutorius, restitutorius*, > *resumptorius, retentorius, reuelatorius, reuocatorius, risorius, rixatorius, sacratorium, sacrificatorium*, saltatorius, salutatorius pA, *sanatorius*, sarritorius pA, *sarsorius*, satorius, scalptorium Mart. (in lemm.), scansorius Vitr. (scansor gl. Philox. al.?), *scenofactorius*, scriptorius pA, > seclusorium, *sectorius, secutorius, seductorius*, senatorius, > *sensorium*, ! *sepultorium, sequestratorium*, > *serratorius, seruatorium*, sessorium pA, > *siccatorius*, signatorius pA, *significatorius, simulatorius*, speculatorius, *statorium, stratorius, strictorium* et *-ia, structorius*, suasorius pA, > *subiunctorius, subsannatorius, successorius*, > *succinctorium*, sudatorius Plaut., *sufflatorium*, suffragatorius Q. Cic., > *suffusorium, sulcatoria*, > *suppletorium*, > *supportatorium*, > *suppositorius*, > suppuratorius pA, *susceptorius*, sutorius, tectorius, tentorium et *-us, tergiuersatorius*,

sarracius (sarra = serra Quicherat s. u.): Dynam. II, 52 *multi* (lactucam siluaticam) *bene sarraciam uocant, quod dorsus eius in modum serrae est,* — scriptura haud scio an rectiore quam sarralia „Isid. Or. XVII, 10, gl. Pap.“

sarsurius: Caes. Arel. reg. ad uirgg. 42 *opere sarsurio de pannis aut linteis,* — opus sarsorium Ennod., Greg. Tur.; sarsor „Gestt. purgat. Caeciliani p. 732 Migne“, gloss.

Saturniacus: Aug. c. Faust. XX, 13 *patres nostri longe fuerunt a Saturniacis catenis, quamuis . . sabbati uacationem obseruauerint.*

saumarius (saugmarius, „sanmarius“ De-Vit) pro sagmarius (Lampr. Vop., Seru., Isid.): Ven. Fort. u. Germ. 3 *duorum saumariorum cum pane onera,* gloss. Dief. (Frcf. 1867) p. 324, „gloss. ap. Mai. Class. auctt. t. VI p. 513“ (hinc factum sommier).

---

saturies C; — *saxatilis A; — *saxifragia* A et *saxifrica* ib. et Beitr. III.

! > territorium, textorius pA, tonsorius pA, *tractatorium,* > tractorius Vitr. et *-ia, -iae* subst., > *trahitorius, traiectorium,* > *transcursorius,* > *transfunctorius, transitorius,* > *transmeatorius, tributorius, trituratorius, triumphatorius, tutorius, uastatorius,* uectorius, uenatorius Nep. et pA, > uersoria, ueteratorius Cic., uiatorius pA, uindemiatorius, uinitorius pA, > *uiscatorium, uisorium* (*θέατρον*), unctorius pA, *uocatorius,* uomitorius pA, *usurpatorius,* — 467: uett. 104 (pA 58, singularia M. Cic. 3, Q. Cic. 1), recc. 363, — > 96 (uett. 17, recc. 79): ! > 12 (4 uett., 8 recc.). Cf. HA p. 39* (cl. 58*).

saxiperium (saxum, pera, — sacciperium Plaut.[31]): [Fulg.] serm. 74 *ille tendebat arcum, iste* (Dauid) *parabat saxiperium,* ib. inf., cf. S. S. I Reg. 17, 40.

scelerator: Adaman. Columb. III, 7 *in . . sceleratorem protulit sententiam, dicens . .*

Scipioneus: Fab. Cl. Gord. Fulgent. aet. mund. XI p. 141 *Scipioneas Punici triumphi uictorias.* Cf. alia talia -ĕus finita, ut Caesareus, Romuleus, Apollineus, Castoreus, Herculeus (-ius), Venereus (-ius).

---

scabia A p. 28 et Erg. I; — *scabritudo* A; — *scalpellare* ib., gloss.; — *scatebrosus* B add. „schol. Bern. ad Verg. Georg. II, 348"; — *scenifactor* A; — *scia, sciade* ib.; — *scnips* ib.; — *scortinus* ib.; — *scriniaria* subst. C; — *scripturula* B; — *scrutabundus* A; — *scrutamen* B; — *scrutinare* ib.; — *sectatrix* C et Erg. I; — *secundina* s. A.

31) Compositorum e binis substantiuis nominum in -ium (-ius, -ia) exempla non possum afferre nisi haec nec multa nec magni momenti: arcisellium Petron., assipondium Varr., ¿ cauaedium Plin. ep. (cauum aedium), domicoenium Mart., solifundium? (aquifolium uel acrifolium, *manifolium,* melofolium Plin., nardifolium id., manipretium, *Graecostadium,* uesticontubernium Petr.), — acupedius, *domicurius?, dom*(i)*naedius, domnipraedia, negotinummius* App., *testicorius.* Quibus etiamsi adiungere uelimus composita ex adiectiuo et substantiuo, si tamen a compositis cum nomine aliquo numerali (cardinali) aut cum aduerbio numerali (ut uninomius Is., unipetius Marc. Emp., uniuiria Treb., inscr., unomammia Plaut., biennium . ., diuerbium . ., dupondium, quinquertium . ., trimodium . .) abstinuerimus, — ne ita quidem admodum multa accesserint, cuiusmodi quidem sunt aequinoctium, priuilegium, pA: aequilibrium, aequipondium Vitr., latifundium, plenilunium, — *aequicrurius,* angusticlauius Suet., *austronotius,* crassiuenius Plin., *duricorius,* grandiscapius Sen., laticlauius pA, latifolius Plin., *medilunia, multimammia, omnimorbia, prauicordius* et *torticordius, primicerius, secundicerius . ., primiscrinius, rotundifolius, suauiludius* Tert.

securiter: Aug. in Joann. Ep. ad Parth. tr. 10, 8 *timet, sed securiter.* Cf. A n. 70.

secutrix: inc. de assumpt. Mariae 7 *absque dubio religionis fide et uerae credulitatis caritate secutrix.*

sedibilis: Cassiod. in ps. 1, 1 *cathedra est ex aliqua materia composita forma sedibilis, quae nos curuatos molliter a dorso suscipit, suoque gremio demissos uelut habilis theca complectitur.*

seductibilis: Aug. in ps. 54, 22 *animas seductibiles;* — seducibilis intpr. Iren.

segregatus adi.: Rufin. Orig. principp. I, 1, 7 (s. u. expurgatus).

sellaris subst. (sc. equus): Vita Caes. Arel. II, 2, 20 *ad sellarem ipsius appropinquari se permitti rogauit;* — sellaria iumenta Veg. uet.

semicorrectus: Aug. contra mendac. 3, 6 *per hoc mendacium et nos erimus ex ea parte peruersi, et illi semicorrecti, quandoquidem istud, quod putant esse pro ueritate mentiendum, non in eis corrigimus.*

semiuigil: Victor. Tunon. poenit. 13 *semiuigiles oculos.*

---

sedecennitas ib.; — *seditionari* C p. 19*; — *semialpha* A; — *semiaridus* C; — *semigelatus* A; — *semimixtus* A; — *seminatrix* ib. et Erg. I; — *semiuncialis* A; — *sentuosus* B; — *separabiliter* C add. Aug. c. serm. Arian. 32 al.

septemplicare[32]: Petr. Chrysol. serm. 139 *septemplicat septimanas,* ib. inf. *septemplicatus.*

septifarius: Cassiod. in ps. 28 diuis. *septifaria narratione.* Cf. A n. 80, p. 96.

septigranius: Dynam. II, 86 *lathyridis hoc est septigraniae grana septem.*

septimanarius: Reg. Bened. 35 'de septimanariis coquinae' . . *septimanarii* . . *accipiant super statutam annonam singulos biberes* (parua quaedam uascula) *et panem* (iidem ib. inf. dicuntur, ut alias solent, semigraeco uocabulo hebdomadarii).

septinubus: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 30 *cum ei Sadducaei quaestionem exemplo septinubae mulieris intulissent;* — multinubus Hier., binubus Cassiod. (Epiph.) hist. trip.

sequipeda: Aldhelm. laud. uirginit. 50 *easdem sanctae Ecclesiae sequipedas,* id. ep. 1, „Sarisb.", — pro (?) sequipes gl. Dief. (cf. agipes, tremipes, *uincipes*)[33], utique = pedissequa.

---

septenatio A; — *septuplus* ib. add. Aug. in ps. 78, 16 'septupla retributione', Ps. Ambr. Trinit. 26.

32) Cf. multiplicare *(commultiplicatus), simplicare (res-),* duplicare (con-, *re-*), triplicare pA, quadruplicare, quinquiplicare Tac., octuplicatus Liu., decemplicatus, *centuplicare (simplare, duplare, triplare, quadruplare, decuplatus;* cf. A p. 79 s. u. septuplus).

33) Declinationis in -pedus, -peda pro -pes in compositione nominum exempla infra scripsi: aequipedus App., bipeda Pall.,

*** sermo** abusiue de uoce aliqua singulari postt., u. c. Rufin. Orig. princc. I pr. 8 *non idem sensus ibi ex isto sermone ἀσωμάτου* (sup.: appellatio *ἀσωμάτου*) *indicatur, qui.. ostenditur, cum de incorporea natura a philosophis disputatur,* Cassiod. in ps. 21, 1 *δέος sermo graecus est, qui latine interpretatur timor* al., Hist. trip. VI, 21 *sciendum quia, licet antiqui philosophi hunc sermonem* (h. e. uocabulum *ὑπόστασις*, substantia) *reliquerint, tamen iuniores philosophorum pro substantia subsistentiae sermone sunt usi,* — qua superinducticia uocabuli potestate usi sunt, qui inscripserunt Nonii caput IV 'de uaria significatione sermonum' (h. e. uocum, ut aduorsum, anima . .), et Fulgentii libellum 'expositio sermonum antiquorum' (h. e. interpretatio uocum antiquarum).

sermocinator: Fulg. Rusp. Contra serm. Fastid. 17 *sicut sermocinator, dum ueritatem quam meminit loquitur, quod a se prolatum indicat, hoc intus in mente repositum monstrat;* — sermocinatrix Quint. App.

siliginus (siligineus: cf. HA p. 21 * sq.): Dynam. I, 7 *fortior his omnibus est siliginus* (panis).

---

seruitialis C; — *sescla* A; — *sexcuplex* B, ubi legendum est: (sextuplex) . . (sextuplus); — *seuehi* C; — *significator* et *-trix* B; — *siliquastrensis* A; — *siluicaedus* ib.; — *simiator* Beitr. II; — *similimembrius* A; — *simplium* C; — *sinapiscus* (?) A.

centipeda s. Plin., Arn. Isid., decempeda s., fluxipedus Auien, millepeda s. Plin., Hier., multipeda Plin., al. Grom., quadrupedus Fronto, Amm., scru(pi)peda. Cf. C p. 18, n. 10.

sincerascere (¿ an: sincerare, Diom. I p. 364 K. 'sincero, sinceraui'): [Fulg.] serm. 16 *aer sincerauit, mundumque efficitur coelum.*

singultuosus: inc. uisit. infirm. I, 1 *ora singultuosa.*

sitibundus: Ven. Fort. uit. Radeg. 21, gloss.

situatus (situé): Ps.-Aug. ad fratrr. erem. serm. 37 *ciuitas in monte situata.*

sociabiliter: Aug. mus. V, 15 *has* (particulas) *sociabiliter iungimus, quia unum cum omnibus* (numeris) *habet societatem.* Sic noue Augustinus aduerbia usurpat ab adiectiuis -bilis finitis declinata (praeterquam quae nos regessimus) int. cett. haec: exitiabiliter, imputribiliter, indeclinabiliter (ceterum cf. C p. 10*), ineuitabiliter quant. anim. 37 al. (C l. l.), inexpiabiliter, instabiliter, insuperabiliter corr. et grat. 12, 38 al., tractabiliter (Beitr. III s. u.)[34].

somnolenter: Hier. in ps. 118 *non otiose et*

---

solaneus ib.; — **solatium* ib. et Erg. I; — *soniuagus* A p. 4; — *sonorosus* A.

34) Cf. ann. ad. uu. clause p. 21, definienter p. 40, inurbaniter p. 92, aliaque peculiaria Augustini declinata ab adiectiuis aduerbia, ut acutule, adulatorie, anniuersarie c. Faust. XXXII, 12 'ea anniuersarie in Ecclesia celebrantur, quae . .' al., coniugaliter c. Jul. V, 10, 41 al., conuiciose sup. p. 34, gratulatorie, imaginaliter cur. mort. 12 (uidere qm), impariliter s. u., informiter bon. coni. 20 al., interfectorie s. u., procellose, — conglobatim.

somnolenter, sed strenue uigilanterque (adi. somnolentus Solin. App. gl.).

sons neutr. subst.: Aldhelm. ep. 3 *ob inextricabile sons protoplastorum* (adi. in nomin. sing. Fest., Aus., cf. Neue op. cit. II p. 64 sq.).

soporatio: Cassiod. in ps. 3, 4 *soporatio ista fuit sacri corporis beata dormitio.*

spinositas: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 29 *glebarum spinositas pro corporibus regionibusque uariatur.*

splenditenens: Aug. c. Faust. XV, 6 *splenditenentem magnum, sex uultus et ora ferentem, micantemque lumine,* ib. 5 *ostende nobis moechos tuos, splenditenentem ponderatorem et Atlantem laturarium,* XX, 9 bis, ib. 11 et 12. Cf. B n. 7.

spoliabilis: Mar. Mercat. Nestor. serm. 12, 2 *nunquam spoliabile Deitatis uestimentum.*

spurcalis: Aldhelm. laud. uirginit. 25 *cui* (draconi) *paganorum decepta gentilitas . . fanaticae lustrationis spurcalia turificabat.*

---

sordifluus ib.; — *sorditas* ib.; — *sospitatio* B; — *sperator* ib.; — *sphaeropaectae* C; — *spicella* A; — *spicosus* ib.; — *spinulentus* ib.; — *spiritifer* C; — *spleniacus* A.

squalefacere: Petr. Chrysol. serm. 164 *quidquid naturalis squalefecerat luxus, quidquid arefecerat brumalis rigor.* Compositi uerbi facere (fieri, factare) cum praefixo uerbali exemplorum recc. indiculo, quem A p. 50, n. 46 exhibuimus, indenda sunt, praeter hoce, obsurdefacere (sup. s. u.), pauefacere (s. u., — part. perf. Ouid. Sen. trag. Ambr.) putrefieri (putrefacere uett.), tabefacere et tabefieri (inf. s. u.), turgefacere (C p. 30, n. 36).

stannatio: Hier. in Amos III, ad 7, 7 sqq. (s. u. stannatura).

stannatura: Hier. in Amos III, ad 7, 7 sqq. *hoc uerbum* (Enach) *Aquila γάνωσιν, Theodotio τηκόμενον interpretati sunt, quorum alterum stannaturam . . significat, ut illa sartago, quam legimus in Ezechiele* (c. 4), *in qua populi obsidione uallati frixura significatur, . . et in regno Jeroboam . . per stannaturae uocabulum demonstretur. Dominus itaque cernitur stans supra murum stannatum . ., et in manu eius stannatio siue trulla caementarii, qua solent superinduci parietes.*

stiuarius: Aldh. laud. uirginit. 28 *coelestis aratri,* id. Septen. col. 164 t. 89 M.

---

squamicutis C; — *squinantium* A (cf. C. Aur. tard. II, 1, 25: ex . . squinanto); — *stafisagria* A; — *steriliter* C et Erg. I; — *stibium* C; — *stimulatus,* u ib.; — *sting*(ch)*us* A, cf. Dynam. II, 49; — *stipamen* C; — *stirpeus* A; — *stolpus* ib.

stomachatio: Cassiod. in ps. 33, 2 *quo furore succenditur, qua stomachatione cruciatur?*

stultificare: Hier. Orig. in Jerem. hom. 5 s. f. *ad mundi sapientiam stultificandam.*

suauifragrantia: Aug., ut fertur, serm. ad neophyt. s. f. *odorem suauifragrantiae . . diffundunt;* — suaueolentia Aug., Sid.; peculiaria Augustini sunt in -ntia: adiacentia (sup. s. u.), circumfluentia, manentia (sup. s. u.)

suauiloquium: Aug. mendac. 11 *istis placere libet de suauiloquio, qui tamen ueris mallent placere,* 14 al., „Ps. Cassiod. amic.", qui nullius est auctoritatis.

subadmiratio: Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. hom. 10 *quod etiam mihi uidetur uel maxime prae omnibusque in nobis subadmiratione dignissimum.*

subadunare: Cassiod. in ps. 134, 4 *dum Ecclesiae populum diuersarum gentium congregatione subadunauit.*

subclausus: [Appul.] Polemon. Physiogn. p. 128 *oculi subclausi* (*γρ.* occlausi) *et coniungentes palpebras.*

subcoriatio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (s. u. discoriatio).

---

streperus B; — *strophicus* A; — *structibilis* B; — *struthioninus* A; — *stymmaticus* ib.; — *styraca* ib.; — *subadmiratio* Beitr. II; — *suballigatura* A p. 18*; — *subcommunis* C; — *subconumerare* ib. p. 30.

subcrepare: Aug. de beata uita 3 (superbum studium inanissimae gloriae, quod ita nihil intus plenum atque solidum habet,) *ut inflatos sibi superambulantes succrepante fragili solo demergat ac sorbeat.* Cf. inf. s. uu. subfrondere, subimplere, subuelare, et al. cum sub- compos. Aug. substomachari (etiam Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 16).

subcuratio: Ps.-Soran. quu. medic. 245 (s. u. discoriatio).

subdefectio: Aug. quu. in Heptat. VI, 30 (hunc eis humanum timorem Dominus noluit imputare,) *etsi apparet in eo quaedam subdefectio fidei,* I, 26; — subdeficere Curt., Aug. quu. in Hept. VII, 49 'animo . . subdeficiente et delinquente' al.

subdefluere: [Appul.] Polem. Physiogn. p. 161 *oculi parui tenebrosi sicci caui subdefluentes rigidi.*

subdeligere: [Aug.] Categ. 6 *ii qui signa formant primum immensum subdeligunt lapidem, dehinc paulatim . . abscindendo superflua ad formandos uultus et membra perueniunt.*

subdescendere: Mar. Merc. Commonit. 4, 6 *quinetiam subdescendens hunc ipsum sensum latius in eodem sermone libelli huius exsequitur,* id. Nest. serm. 3 p. 770 bis, excc. Nest. coll. alt. 1 bis.

---

subdeprimere B.

subdolosus (subdolus): Cassiod. in ps. 106, 34 *qui terram illam fructiferam . . subdolosis mentibus habitare uidebantur,* „gloss. Hildebr. subdolosus, astutus"; — subdolositas Isid.

subelectio: Ps.-Aug. ad fratrr. erem. serm. 39 *subelectio est quando de bonis electis eliguntur meliores.*

subeligere: Ps.-Aug. ad fratrr. erem. serm. 39 *de his subelegit filios Leui, qui . . in tabernaculo Domini ritu perpetuo deseruirent,* ib. inf.

subenarrare: [Hilar.] anon. in Job II, p. 174 *ob hoc solum illos* (nuntios diabolus) *reseruauit, ut consequenter dolores subenarrarent.*

subfrondere: Aug. serm. Mai. 3 (uitis) *quae umbraculis opacata coelestibus subfrondet.*

subiacentia, ae: Rufin. Orig. de princc. IV, 1, 34 *cum sensus noster omni qualitate ab intellectu suo remota ipsum subiacentiae solius, ut ita dixerim, punctum contuetur, et ipsi inhaeret, nequaquam respiciens ad mollitiem uel duritiem uel calidum uel frigidum . . substantiae, tunc simulata quodammodo cogitatione his omnibus qualitatibus nudam uidebitur intueri materiam.*

subimplere: Aug. c. epist. Manich. 22, 24 *ab inferiore parte . ., qua hostili cuneo subimpletur.*

subindicare: Mar. Marc. Cyrill. incarn. Vnigen. 31 (mysticus est Scripturarum — Gen. 32, 24 — sensus:) *subindicare enim uidetur Judaeorum obluctationem, qua utebantur cum Christo.*

subinscribere[35]) (*παρεγγράφειν*): Rustic. c. Aceph. p. 1208 B.

subintromittere (subintermittere?): Facund. defens. IX, 1 *non subintromissum habes regnum, sed ex sempiterno omnium regnas, et in aeternum regnas,* ib. inf. Ceterum cf. in ann. 35.

submurmuratio: Aug. in ps. 36 serm. 3, 8 *unde ista uestra submurmuratio, unde iste strepitus . .?* (submurmurare p. II s. u.).

* **subrigere** bestiis: Aug. in ps. 56, 14 (martyres) *in carcerem missi sunt, bestiis subrecti sunt, alii ferro*

---

subindignari B, cf. Beitr. III; — *subiniungere* C; — *subintelligentia* A; — *subiugatio* ib. (p. 84 et 21*) add. Aug. in ps. 119, 7; — *sublatere* C; — *sublunaris* A; — *submotatio* ib.; — *subpartiri* C; — *subrelicta*, orum subst. A; — *subrisio* C et Erg. I; — *subsanium* A; — *subsannatorius* C.

35) Ad regesta a nobis bipraepositionata, quorum prior praepositio est sub-, cf. *subadiuuans*, sub-ad-mouere et subadsentiens pA, subdealbare, subdeficere (s. u. subdefectio), subdiffidere Cic. ep. s., *subdistinguere*, suberigere Sil. et recc., *subexcusare, subexplicare, subincrepitare, subindere, subinducere,* subinferre Rut. Lup. postt., *subinflare, subingredi,* subiniicere Sen. rhet., *subinstillare,* subinuidere, subinuitare, *subinuolare, subintelligere, subintroducere, subintroire, suboblatus,* subperturbare Sen., *subrecitare,* subrefectus Vell., *subrelinquere, subremanere, subresonare, subsuperpartiens, subtransire.*

percussi, alii ignibus concremati, in ps. 51, 8 *ut multum saeuias, subrecturus es bestiis,* in 36 s. 3, 13 *alios crucifixerunt, alios bestiis subrexerunt* („cod. Vatic. et Gallic. mss. uno excepto qui habet: subiecerunt"), in 59, 13; — cf. calcar equo subrigere M. Aur. ap. Front., et dirigere Vop. Prob. 19, 6 'occisi sunt multi (leones in amphitheatro), qui dirigere nolebant, sagittis'.

subsarcinare (sarcire): Victor. Tunon. poenit. 29 *si nihil quod boni operis incremento conscientia subsarcinetur habebimus.* Cf. consarcinare Gell. Amm., sarcinator et -trix (ἀκέστρια gloss., sed et al.). Cf. et B col. 219 s. u. scrutinare, et aliud subsarcinare (sarcina) ib. col. 220 sq.

subsequius: Cassiod. in ps. 9, 5 *'in seculum seculi' . . seculum futurum Domini significat regnum . . et . . dictum est seculi, id est huius, quo nunc utimur, subsequium.* Cf. consequius, exsequiae, obsequium, prosequium Paul. Diac.

subspissus: Ps.-Soran. puls. p. 279 (pulsus) *pleureticorum subspissus et uelox est.*

subsummare: Primas. in Apoc. V ad c. 21 *duodenarius numerus centum quadraginta quatuor con-*

---

subsarcinare B; — *subscindere* A; — *subsequentia,* ae ib.; — *subsistentialis* B; — *subsoluere* A; — *substypticus* ib.

ficit per se subsummatus. Cf. consummare, recc. et simpl. summare.

subtectio: Aug. quu. in Heptat. II, 177, 15 *a facie tabernaculi facta est unius ueli duplicatio, a tergo dimidii subtectio;* — subtegere Aug. ib. n. 14 et 22 al., Jul. Val., gl. Plac. (C * s. u.).

subtemporalis: Rustic. c. Aceph. p. 1191 *non est idem . . intemporale subtemporali,* et eadem id. p. 1202 B.

subterfugium: Facund. defens. I, 3 *Nestorianorum noua supterfugia* (Joann. Sarisberiensem, sec. XII, cit. Forc. Lex.). Cf. confugium p., diffugium Tac., effugium, profugium, refugium, suffugium pA, transfugium Liu. Tac., postt. (ut et Egesipp. Bell. Jud. I, 14, IV, 19).

subterinserere: Aldh. Septen. col. 219 t. 89 M. *nomina primae et secundae* (declinationis), *quae ad paeonis primi regulas subterinserere . . conabimur.*

subterintendere *(ὑποβλέπειν)*: [App.] Polem. Physiogn. p. 126 (oculi risui uoluptatique permixti) . . *qui sicci sunt et subterintendunt, malitiae sunt indices.* Cf. subter-ad-texere A p. 85.

subtermittere: Aug. quu. in Heptat. II, 177, 14

---

subteradnexus ib.; — *subteradtexere* ib.; — *subtiliare* ib.; — *subtililoquium* ib.

ut dimidium redundans . . subtegeretur, id est omnia ipsa quindecim cubita subtermissa tegerentur.

subtremulus: Ps.-Soran. puls. p. 280 (pulsus) *cardiacorum minor spissus uelox . . et ipsa directione subtremulus.*

subuelare: Aug. lib. arb. II, 38 (si sol) *subuelaretur nubilo;* — uelare, ad-, circum-, de-, reuelare, *con-, ob-, praeuelare.*

subuentralis: Ps.-Soran. quu. medic. 235 (s. u. insectio); — uentrale Plin., uentralis humor Macr., subuentrile Marc. Emp., gloss.

subumbilicum: Hier. in Zachar. I, ad 2, 18 sq. *in uisione imaginis, quae habebat aureum caput et pectus argenteum et subumbilicum aeneum* (Vulg. Dan. 2, 32: uenter et femora ex aere) *ac pedes ferreos et fictiles.*

succiduus (succedere) q. succidaneus: Ven. Misc. IV, 25, 10 *cui* (Theodechildae reginae) *frater, genitor, coniux, auus, atque priores culmine succiduo regius ordo fuit,* neque secus Sid. ep. VII, 6; — succiduus (succidere) Ouid. Stat.

succinctio: Aug. c. Julian. II, 6 (quid tam in promptu est, quam succinctoriis uel praecinctoriis

---

**subtus* praep. C; — *subunare* A.

. . lumbos hominum contegi uel praecingi . .?) . . *ecce unde contectio* (*γρ.* contextio) *et succinctio foliorum.*

* **suggestus,** us = suggestio propr.: Vinc. Vict. ap. Aug. anim. orig. II, 4 *ut illi* (sc. corpori) *necessarius uideatur pasturae suggestus, cui competit et ipsos habere uestitus.*

* **sulcare** trnsl. q. exarare, elaborare: Ven. Fort. uita Mart. prol. *ita ut breuissime . . totum illud opus uersu . . cursim et impolite inter friuolas occupationes sulcarim,* id. uita Mart. I, u. 23.

sulcatoria (?) sc. nauis: Cassiod. Var. II, 20 *praesenti decernimus iussione, ut, quantas in Rauennati urbe sulcatorias potueris reperire frumentis fiscalibus oneratas, ad nos usque perducas* (cf. Stat. Theb. XI, 588: puppe relicta . . pigri . . sulcator Auerni).

suificare: Rustic. c. Aceph. p. 1245 *si Deus suificat ea, quae carnis sunt, per propriificationem dispensatiuam.* Cf. n. 6, ubi ind. caudificare Cledon.

summaliter: Primas. in Coloss. c. 1 *perfecte, quasi dicat summaliter;* — summalis Tert.

sumptuatus: Jul. Val. rer. gest. Alex. M. II, 18

---

sufferenter ib.; — *suffragmen* (?) ib. p. 84; — *suffragus* A; — *suffultor* C; — *suggerenda* subst. B; — *suillinus* A; — *summior* B; — *summiter* A; — *superadiectio* ib.; — *superadligare* ib. et Beitr. III.

dederat uolentibus facultatem, uti uiatico sumptuati si uellent ad patriam remearent. Cf. HA p. 149 sq.

superadmirari: Facund. defens. II, 2 *superadmiratus eius doctrinam.* Cf. inf. superexcedere, superoperire, supertransire, quae quatuor exempla uerborum bipraepositionatorum recc., quorum prior praepositio est super-, indiculo in C p. 21, n. 15 descripto subindenda sunt.

superantia: Coel. Aur. signif. diaet. pass. 9 *naturalis feruoris superantia;* — exsuperantia Cic.

supercingere: Aug. quu. in Heptat. II, 177, 3 *'et facies uela capillacia operire super tabernaculum'* (Exod. 26, 7), *id est quae uenirent super, non a parte tecti, sed supercingendo.*

superclaudere: Adaman. locc. sanctt. I, 15 *qui duo putei semper supercluduntur,* III, 3.

superefferre: Aug. in ps. 49, 30 *si . . superextuleris te tanquam glorians de meritis tuis;* — superelatus intpr. Iren. A p. 87.

supereffulgere: Rustic. c. Aceph. p. 1250 *magna illa et supereffulgens unitio.*

---

superadnectere C; — *superadponere* ib.; — *superadscendere* A; — *superbullire* ib.; — *supercoruscare* ib.; — *supercurare* B; — *superelatiuus* A; — *superequitare* B et Beitr. III.

superexcedere: Aug. (?) Specul. 6 *qui . . circumplecteris omnia, superexcedis omnia . ., nec ex alia parte sustines, atque ex alia superexcedis, . . sed . . sustinendo superexcedis, et superexcedendo sustines.*

supergenerare: Ambr. Tob. 13, 43 (lepores ferunt generare simul et educare et continuo parturire:) *istis quoque anaglyphariis usurarum* (q. *τοκογλύφοις*, h. e. feneratoribus) *generatur et supergeneratur usura, enutritur ac nascitur, et nata iam parturit.*

superiungere: inc. quu. ex nouo Test. 95 *quos* (quatuordecim) *superiunge ad decem et nouem supra memoratos.*

superlucere: Hier. in ps. 89 s. f. *semper superluceat lucerna in domo Domini.*

superlugere: Aug. in Job 27 *non enim superlugebit perditionem impiorum.* Cf. Augustiniana regesta sup. circum-inspicere, circumtundere, coattestari, consedere, correquiescere, in-mendare, inarctare, inter-silere, intertrudere, prae-determinare, subter-mittere, super-cingere, et inf. trans-legare,

---

superfluitas C et Beitr. III; — *superfoedare* C p. 30; — *supergratulari* C p. 21; — *superimpletor* ib.; — *superinferre* B; — *superinterere* A; — *superligare* ib. (p. 87); — *superlinitio* ib.; — *supermaledicere* ib.; — *supernauigare* B.

praeterea alia Aug., ut con-florere, per-necare, sub-stomachari (cf. p. 161 s. u. subcre-pare).

supernumerare: Primas. in Apoc. III, ad 9, 16 *silendo, quantorum, multos supernumerari figurauit.*

superobumbrare: Mar. Mercat. Cyrill. incarn. Vnig. 14 *Cherubim circumstantes propitiatorium et superobumbrantes pennis.*

superoperire: S. S. ps. 105, 17 ap. Aug. ad l. (aperta est terra, et deglutiuit Dathan,) *et superoperuit super congregationem Abiron.*

superpetere: Ven. Fort. u. Leob. 6 *ut nec superpetenti daret aliquid superfluum, nec indigenti congruum subtraheret alimentum.*

supersellium i. „stragulum sellae equi impositum“: Vita Caesarii II, 2, 20 *de supersellio, quod* (γρ. qui) *sellam tegebat.*

* **superstare** q. superstitem esse: Ennod. epigr. 6, 1 *corpore deuicto moritur quicunque, superstat, dant leti legem crimina sola homini.*

supersubstantiuus: Rustic. c. Aceph. p. 1184 *quia Christus nec substantiua nec insubstantiua, sed supersubstantiua res est.*

---

superplenus A; — *superrepletus* ib.; — *superridere* C add. Aug. in ps. 111, 8; — *supersorbere* A.

supertextor: Mar. Merc. Procli hom. sect. 3 (Maria . . terribilis dispensationis tela, in qua ineffabilis incarnationis texta est tunica,) *cuius supertextor Spiritus sanctus est.*

supertransire: Ambr. in ps. 37, 29 *iniquitates meae supertransierunt caput meum.*

superuentio: Petr. Chrysol. serm. 12 *neque cautos uigilantes sobrios diabolus perturbare suis superuentionibus praeualebit*[36]).

suppletorium: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul.

---

supertextor Beitr. II; — *superualere* B; — *suppletio* ib. et Beitr. III, add. Aldh. Septen. col. 168 Migne; — *supplicanter* A.

36) Verbum praeualere cum infinitiuo (act. et pass.) constructum ita ut prorsus id quod posse significet (perinde ac simplex 'ualere' interdum apud p et pA, c. inf. pass. e. c. Hier. Orig. in Jer. hom. 13 ex. 'ut . . cum Sanctis ualeamus assumi') haud raro inuenitur apud recc., e. c. Rufin. Orig. de princc. II, 3, 3 'quae . . nec a morte uinci, nec aculeo mortis compungi praeualeant', Jun. Philos. orb. descr. 1, Ennod. ep. VI, 1, 23, dict. 21 p. 534, cumprimis autem crebro apud Cassiodorum, cuius ex expositione in Psalterium huius structurae exempla obiter notaui propemodum quinquaginta, ut u. c. in ps. 53 'deprecatur, ne eum inimici fortissimi grauare praeualeant', in ps. 6 p. 27 ex. 'quantum meretur luere, non praeualet sustinere', in 1 concl. 'sine qua (unitate) supputatio nec inchoare quidquam praeualet nec prodire', in 2, 7 'quid sit Dei substantia nullatenus praeualet comprehendi', in 89, 11 . .; deinde etiam in ceteris eiusdem scriptis multa inueni, ut de anima praef. 'nec longe tendit (anima), ut se inuenire praeualeat', ib. inf., ib. c. 1 al., Var. II, 39 'necesse est, ut antea decoquat, quam emundare praeualeat', I, 45, II, 40 aliq., III, 53 ex., IV, 43 . ., (Epiph.) hist. tripart. VIII, 15 'non exsistente, qui eis resistere fortiter praeualeret', III, 7, VI, 33, VII, 19 et 36; IX, 45 al.

V, 42 (cum bene definita sit uoluntas: motus animi cogente nullo) . . *utrique* (et Manichaeus et Augustinus) *illud uoluntatis suppletorium denegatis, id est, cogente nullo.*

supplicialis: Jul. Valer. II, 18 *suppliciali seruitio deuincti.*

supportatio: [Hilar.] anon. in Job I, p. 107 *paratum ad poenae supportationem, ad dolorum tolerantiam,* II, p. 197 *dolorum supportatio.* Cf. insupportabilis sup. s. u.

suppresse: Aug. de ord. I, 23 (melius dici non potest, inquit exclamans,) *deinde suppressius quasi ad aurem: uide, quaeso, quanta occurrerunt, ut* . . (suppressa uox Cic.).

susurratrix: Petr. Chrysol. serm. 118 *susurratricem suam desperationem;* — susurrator Cael. ap. Cic., postt.

Tabefieri: Cassiod. in ps. 38, 13 *licet tabefiat;* — act. tabefacere Solin., Vulg.; cf. tabificare Aug. c. Jul. V, 15, 54 al., Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 128, Cassiod. in ps. 37, 5 'uulneribus tabificatum corpus', in 38, 13, — et hinc:

---

supracoelestis ib.; — *supralatio* ib.; — *surcillus* ib.; — *surculamen* ib.; — *suspicatio* B; — *suspicientia* ib.; — **sustinens* subst. A p. 60; — *susurna* A s. u.; — **suus* C; — *syllabarius* A; — *syringa* s.-*ia* s.-*io* ib.

tabificatio: Aug. in ps. 122, 6 *primo ut* (anima) *ueniret ad hanc infirmitatem et tabificationem, sicut aranea infirma facta est* (ps. 38, 12: tabescere fecisti sicut araneam animam eius), *et de paradiso expulsa est* (tabificabilis iam Acc. ap. Non.).

tactor: Aug. in ps. 95, 6 *organi.*

tenebrascere: Aug. morr. Manich. 8 ex. *hanc inconuenientiam . ., per quam solis radius tenebrascere oculos facit, cum eis nihil sit luce iucundius,* id. gen. ad lit. I, 10, 22, Thom. thes.; cf. Forcell. Lex. s. u. tenebrescere, et C p. 6, n. 3.

tergiuersatorius: Aug. de gestt. c. Emer. 11 *non se occultent tergiuersatoria non defensione sed fuga,* id. c. sec. resp. Jul. V, 20 *tergiuersatorias aufer ambages;* — **tergiuersatorie** Aug. coll. c. Donat. 1, 8 *ista calumniose et tergiuersatorie, quae nec in foro iure agerentur, dicebant,* id. Ad Donatist. 25.

terrifagus: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 28 *ob illius culpae meritum . . eum* (serpentem) *factum esse terrifagum* (cf. Gen. 3, 14). Cf. bigamus . ., arti-graphus . ., multimeter . ., primo-

---

* *taedium* ib.; — *tardilinguis* C; — *temperabilis* ib.; — *templifer* ib.; — *temporiuus* B; — *tempusculum* C; — *tenebralis* B; — *tentatrix* C; — *terrenitas* Beitr. II; — *testicorius* B; — *testicutis* ib.; — *testimoniatus* ib.; — * *testimonium* A; — *tetragonium* B.

plastus, h. g. alia (mon-oculus, hymnisonus, protosedere, . .).

thesaurarium subst.: Cassiod. in ps. 21, 31 *thesauraria terrena congerunt*, an. 5, — thesaurarius subst. Ven., Isid. (p. II et Beitr. I s. u.), adi. iam Plaut. (fur).

thesaurizator: Hier. intpr. Orig. in Jerem. hom. 5 *haec quae iuxta uirtutem gesta sunt thesaurizatorem suum ad . . coelorum regiones subuehunt;* — thesaurizare S. S. uers. uet. et Vulg. aliq., thesaurizatio p. II s. u.

thoraciculus: Aldhelm. laud. uirginit. 14 *nisi . . arte plumaria omne textrinum opus diuersis imaginum thoraciclis perornent* al. (thorax uel thorace Treb. Claud. 3, 3, et de signif. HA p. 44)[37]).

tolerator: Aug. in ps. 99, 11 *bonos ministros, fideles dispensatores, omnium toleratores.*

---

thymatus A; — *tinctio* Erg. I; — *tinctor* A; — *tinctorium* B; — *Tingitanicus* C; — *tinniolum* A; — *tinnitor* C; — *titulatio* A; — *tollae* C; — *tolutari* ib.; — *tonatio* B.

37) Cf. *basilicula, cacabulus, cantharulus,* chartula (charta: χάρτης), cinaedulus, *coenobiolum,* conchula pA, *cymula* (cyma, ae: κῦμα), dracunculus pA (draco, onis), *ecclesiola, exedriola, graphiolum, hermula* (herma, ae a Ἑρμῆς, ¿ an a ἕρμα, ατος), *icuncula,* mitella et *mitrula, organulum, orphanula,* petasunculus (πετασών) Juu., *petasunculus* (petasus), *pittaciolum,* pyxidicula Cels., *scyphulus, sphaerula,* spongiola pA, thermulae Mart., *tumicla* (tomix: θῶμιξ), *tympaniolum, xeniolum,* zonula Catull., *zothecula.* Cf. A n. 8 et n. 27 (in qua scribendum: recc. 416).

tonitruare: Hier. in ps. 76 *quando tonitruat Deus* (tonitruabilis gl., = tonitrualis).

*** tornatus** adi.: Aug. de catechiz. 8 *stilum . . quasi tornatioris eloquii.* Cf. p. 43 n. 12.

totietas: Rustic. c. Aceph. p. 1182 *consubstantialitas pro parte et non pro totietate substantiae imperfecta est* (i. e. non est perfecta consubstantialitas), ib. pag. sq., p. 1188 sq.

traducianus (tradux): Jul. Pelag. ap. Mar. Merc. Subnot. 7, 2 *male et stulte traducianum ex Adam creditur esse peccatum,* id. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 14 *traducianus non inuenit, quo Manichaeo possit obsistere* al., Mar. Merc. l. l. *quomodo non et tu* (Julianum alloquens) *traducianus es, ut tibi libet . . nomen imponere catholicis christianis? neque enim mors ipsa . . nisi per transitum seu traducem uenit* (cf. Garner. ad l.).

transcursim: Petr. Chrysol. serm. 17 ex. *transcursim et in ipso uerbi fine non conuenit dici de eo, quod nos in aeterna tempora ac perpetuam transmittit ad uitam.*

transfiuuiaiis: S. S. Gen. 14, 13 uers. ant. ap. Aug. locut. in Heptat. I ad l. l, *eorum qui euase-*

---

torriditas ib.; — *traducibilis* A; — *transcorporatio* C; — *transfingere* ib.; — *transfixio* B et Beitr. III.

runt quidam nuntiauit Abram transfluuiali (Vulg.: Abram Hebraeo), it. Aug. quu. in Hept. I, 29.

transgressibilis: Primas. in Apoc. III, ad c. 10 *porrectae credulitatis transgressibilem regulam,* — ¿ an: intransgressibilem, quod uocabulum habent Augustin. aliique.

transilitio: Aug. in ps. 38, 2 *est haec ascensio et ista transilitio non pedibus, non scalis, non pennis.*

transilitor: Cassiod. in ps. 38 p. 131 Gar. *Hebraeum nomen est, quod lingua Latina dicitur transilitor,* ib. inf. p. 132, ib. in u. 7 et 9 et concl., in ps. 76, 1 al.; — cf. transilitus part. perf. Cassiod. in ps. 33, 6 'perpende quod Hebraei alphabeti sit litera transilita, pro sexta enim septima posita est' al.[37a]).

---

transibilis C; — **translatio* A.

37a) Insolentioris huius declinandi formae mentio ansam praebuit pauculas quasdam pertinentes ad elocutionis Cassiodoreae idiotismos expromendi obseruationes. Et inprimis quidem memoratu digna fuerit constructio cum infinitiuo — insolentior alias, crebrior autem apud istum scriptorem — formae passiuae uerborum sentiendi uel declarandi cum aliorum, tum eius q. e. probari: in ps. 34, 26 'ut, qui dare uenerat salutem humano generi, ab insanis et perfidis probaretur occidi', in 56, 13 'qui caput et dux ecclesiae probatur intelligi', in 117, 30 'hic uersus in capite psalmi probatur esse iam dictus', in 125 s. f. 'denique psalmus ipse iam non futuram prophetiam, sed ipsum fructum uentris ostendere comprobatur', in 91, 12 'quae (cedrus) multo palmis probatur excelsior', in 75, 3, 88, 50, 103, 30. 31, 106, 10, 107, 24, 137, 5 al. (cf. Coel. Aur. tard. II, 1, 60 'Thessalus secundo libro de regulis scribens plurima recte dixisse probatur', I, 4, 61, acut.

translegare: Aug. in Joann. tract. 5 ex. *nulli seruo suo translegauit potestatem baptizandi.*

---

transpellere C.

II, 14, 94 'sanies ex apostemate . . probatur uenire'; sim. iam Ouid. 'patrio pater esse metu probor', cf. Klotz Lex. s. u. probo). Aliorum eius quod diximus generis uerborum ita constructorum exempla sunt: Cassiod. in ps. 103, 10 'bene dictum est: pertransibunt (aquae diuinae), quia tales uiros (haereticos) nullo fecundasse beneficio sentiuntur', — in 108, 21 'cuius caro pro nobis cognoscebatur exstingui', in 118, 169 'ad quem (Creatorem) omnis sensus confugiens noscitur esse perfectus', in 125, 8 'eleemosynas maxime dignoscitur commonere', in 119, 2, 4, 121, 5, 127 in., 148, 8 et concl. (cf. C. Aur. acut. II, 9, 44 'hi qui sub sole dormierunt uexari noscuntur', tard. I, 1, 49 'ut . . tempus . . turbare noscatur', ib. 40, ib. 4, 113, ac. III, 1, 1, — acut. II, 9, 45 'lethargia . . perniciosa esse passio perspicitur, ib. 12, 86, 40, 232, tard. I, 1, 45 'eo tempore quo mitigatio conuenire perspicitur', 4, 83, II, 7, 96, IV, 3, 77; tard. I, 4, 71 'simile pati epilepticis et a matrice praefocatae mulieres inueniuntur', IV, 3, 77); Cassiod. in ps. 135, 4 'ubi uerbo suo conditiones rerum fabricasse monstratur, in 134, 7 (cf. C. Aur. tard. III, 8, 100: quae — sc. passio — celeriter solui posse monstratur); Cassiod. in ps. 25, 2 'hoc . . fieri postulatur). — [2] Participii pass. in -ndus quod dici solet futuri ut re uera futuri usurpationis in inferiore Latinitate gliscentis (HA c. II, 6, cf. Beitr. I col. 253 sq.) exempla subnotaui e Cassiod. exp. in Psalt. haec: in ps. 78, 6 'sciebant se a Domino minime deserendos', ib. ad 9 'cum sciret, Antiochi regis tempore nonnullos Judaeorum esse seducendos, ut . . idola sequerentur' (ubi inf.: 'quos sciebat futuris quoque temporibus ingentia scelera perpetrare', — inf. praes. act. insolentius instar fut.), in 93, 14 '„quia non repellet Dominus plebem suam": . . nunc asserit, non esse repellendum, quem propter coronale praemium paruo tempore commemorat esse fatigatum', in 36, 29, 77, 59, 86, 7. — [3] Praepositionis ab c. abl. (pro simplici ablatiuo) cum comparatiuo constructae exemplum est Cassiodoreum: in ps. 21, 23 'talia animalia, quae uno cornu armantur, multo fortiora sunt ab his, quibus duplicia tribuuntur', quod et ipsum Coel. Aur. quoque saepius habet, ut acut. II, 9, 38 'ex quibus apparet, peius eum (Asclepiadem) a phreniticis lethargum caeca cu-

tremefactio: Cassiod. in ps. 103, 31 *securior est illa humilium tremefactio, quam superborum insana praesumptio.*

trementer: [Fulg.] serm. 24 *nec angeli Te permitterent* (sc. lauare pedes ipsorum), *quod ego excuso* (i. recuso) *trementer,* serm. 56.

trinalis: uid. 'quaternalis'.

triporticus: Aug. quu. in Hept. II, 177, 22 *illa tanquam triporticus, quae concludebat spatium atrii, ubi esset altare sacrificiorum, quatuor columnis a porta et ternis a lateribus.* Cf. trifur Plaut., triportentum Pacuu., — trinepos, -ptis JCti (cf. et tritauus et -ia), — quatuoruir et quinqueuir sing. inscrr., decemuir, h. g. alia.

---

tribunarium A; —. *tricesimarius* ib.; — *triformiter* C; — *trinumerus* A; — *tristificare* B add. Adaman. Columb. III, 7 'senex tum ualde tristificatur', III, 1, II, 20 al.

ratione uexare', ib. 50, III, 5, 52, tard. I, 4, 139 '(Serapion) adhibet etiam . . iniectiones clysteris, non minus ab epilepticis (i. e. non minus quam in epil.) in curationibus cadens' al. (Anthim. obseru. cib. 39: tructa et perca aptiores sunt ab aliis piscibus). Ceterum idem etiam in S. S. et ant. et Vulg. uers., ap. Cypr. (ep. 77, 2: non est a centesimo praemio minor tua innocens anima), Lucif. aliosque eccl. inuenitur (Rönsch p. 452 sq.). Quinetiam absque comparatiuo adiectiui 'ab' nonnunquam in comparatione adhibetur, ut in S. S. (Luc. 18, 14 Tolet. 'descendit hic iustificatus in domum suam ab illo pharisaeo', et in ceteris duobus locis, quos affert Rönsch l. l.), ita a Coel. Aur., e. c. tard. II, 12, 138 'per putredinem factum fluorem difficile curabilem dicunt ab eo, qui eruptione (sanguinis) fuerit effectus', cf. 139, 140, 141, 142.

trisulcis: Fulg. Rusp. ep. 9 (Victoris) *eius uipeream uenenosamque trisulcem linguam*, — pro trisulcus p, Varr., ut bisulcus p, Col., Plin., quadrisulcus Lact. ad Stat.[38]).

triturator: Aug. Ad Donatist. 10 *in aperto eam* (paleam) *uident trituratores* (trituratio id.: n. 29).

---

triumphabilis C; — *troximus* A.

38) Ita in nominibus compositis, iis quae aut e binis constent nominibus (ut magnanimus uel -is), aut ex aduerbiali quopiam antecedente et nomine (ut in-animus uel -is), pro partis posterioris (quae est denominatiua) terminatione sollemni in -us nonnunquam inuenitur terminatio in -is, ut bicomis Veg. uet., horricomis App. (albicomus Ven., alticomus „Ps. Tert. iudic. Dom. u. 223“, anguicomus p, auricomus Verg., flammicomus Prud., floricomus Aus., frondicomus Prud., ignicomus App. Nemes., lauricomus Lucr., mollicomus Auien., multicomus Paul. Nol., uernicomus Mart. Cap, uiticomus Auien. Sid.), — quadrimanis Obseq. (sed id. et quadrimanus, ut anguimanus Lucr., centimanus Hor. Ouid., longimanus, unimanus Liu., aequimanus Aus. Isid.), — interminis Jul. Val. gloss. pro interminus App. Auien. Aus. Symm. Prud. (exterminus carm. de Sod.). Cf. de -animus et -animis quae annotauimus C p. 12* (ad quae add. Isid. Orig. X, 90 'exanimis et exanimus dicimus, sicut unanimus et -is, inermus et -is, et hoc nostro iudicio subiacet' et Macr. Sat. I, 4, 16). Simili uariantia aut -iugus aut iugis aut utrumque promiscue, ut biiugus (bigus: bigae), biiugis; coniugus Prisc., sed usitatum coniux e coniugis; multiiugus Liu. Gell. all., multiiugis Cic. ep.; quadriiugus p et pA, sed inde (quadrigum gl. et) uulg. quadrigae, quadriiugis Verg. App.; seiugis pA et seiugae Isid., totiugus App., totiugis id.; triiugus App. et inde triga Vlp. Dig., Arn., Anth. Lat., triiugis Aus.; — altiugus P. Nol., celsiiugus carm. in Genes. 291, introiugus inscr., quinqueiugus Jul. Val., subiugus App. (mulier molae machinariae subiugum me dedit M. VII, 15), teriugus Aus., uniiugus Plin. Tert.; — decemiugis Suet., deiugis Aus., octoiugis Liu. Tert., et sic alia.

truciter: Aldhelm. laud. uirginit. 35 *quatenus* (= ut: uid. s. u.) *sub flagrantissimo solis ardore . . truciter torreretur*, 36, 59 al.

tumbula: Aldh. carm. de uirg. 889 *saxea quadratis quos condit tumbula fossis;* — tumba p. II s. u.

tumidare: Aug. (?) Specul. 30 *uita aerumnosa, quam humores tumidant, . . ardores exsiccant, aera morbidant*, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 49, gloss. Cf. C s. u. roscidare.

tumorosus: Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 12 (superbia) *diuites tumorosos efficit.*

Turonicensis: Ven. Misc. VIII, 21 (ad Greg. Turonens.) 2 *generis Turonicensis apex* (Turonicus Sulp. Seu.).

typicalis: inc. de uisit. infirmor. II, 4 *Spiritus sancti typicalis unctio.* Cf. A n. 38.

Vagatus, us: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 38 *omnia genera, quae suspendit uolatus, quae demersit natatus, quae sparsit uagatus per aera,*

---

tubare C; — *tubicinare* ib.; — *tubicinatio* ib.; — *tunsio* ib. add. Aug. in ps. 97, 6 'Job . . tunsione illa tantae tribulationis factus tuba ductilis sonuit: Dominus dedit, Dominus abstulit . . (Job 1, 21)', in ps. 31 enarr. 2, 11; — *turbulus* A; — *turgefacere* C p. 31; — *turpedo* A; — *turpifacere* C; — *turpiloquus* A; — *turundus* ib.; — *tyrannizare* C; — *uaniloquax* ib.; — *uariabilis* ib. et Beitr. III; — *uarulus* A.

per freta, per nemora; — uagatio Sen. (?), App., [Hilar.] anon. in Job II p. 184, Ambr. precatio II, n. 8 'uagationem mentis erga illicita', all.

* **uectatio** act. (uectare): Aug. Ciu. Dei XXII, 8, 11 *fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, . . illius piae sarcinae* (reliquiarum Stephani protomartyris) *uectatione repente sanata est;* pass. (uectari) Sen. Suet.

uectifer: Aldh. carm. de uirg. 447 *ferrea uectiferae fracturus limina ualuae.*

uentricultor: Aug. epist. 36, 11 *o magnum ieiunatorem et non uentricultorem* (uentricola id. ep. 8, 10 al.). Cf. Beitr. II, n. 19, Erg. I p. 343.

uentriculum: Cassiod. in ps. 150, 5 *cymbala sunt . . ex permixtis metallis paruissimae*[39]. *phia-*

---

uenenator C; — *ueneratus*, u ib.; — *uentilabundus* A — *uentisonax* B; — *uentosa* subst. A.

39) Superlatiui formae irregulariter regularis paruissimus; exhibitis a Neue Latein. Formenl. t. II p. 83 et in add. p. 572 exemplis addo de multis recc., quae inueni, haec pauca: Eustath. Hexaem. VI, 9 (columbarum paruissimarum), Oros. hist. VI, 10 (paruissimis castris), Cassiod. etiam in ps. 36, 11, 89, 9 al., Coel. Aur. non ter tantum (tard. I, 1, 5, 12, 29), sed freq., ut tard. I, 4, 86 'cum paruissimo potu', II, 4, 77, „13, 172" (Gg.), III, 2, 30 'cum particula menthae paruissima', IV, 5, 82, acut. II, 37, 216 al. Qui scriptor etiam adu. 'paruissime' a superl. declinauit „tard. II, 14, 206 'sorbendum paruissime, ad modum unius cyathi uel duorum, dehinc plurimum', ac. II, 34, 182, 38, 218" (locos ante nos enotauit Rönsch p. 279), et compar. 'paruior' habet „tard. II, 1, 26" (cit. Neue) et „III, 8, 103" (addit De-Vit).

lae compositae, uentricula sua in lateribus habentes, quae. . Cf. flosculum ap. eund. in ps. 135 pr., cuniculum sup. s. u., et A p. 10, n. 18 cum add. p. 19 *.

uerbialis: Pompei. comment. (Gramm. lat. ed. Keil t. V) p. 149 *uerbiale dicitur nomen quod de uerbo nascitur*, ib. p. 150, — pro usitatiore 'uerbalis'.

uermescere: Aug. in Joann. tr. 35, 8 *prophetas audi, o homo mortue et uermescendo calumniose.*

uespertinalis: Adaman. uita Columb. III, 30 *ad uespertinalem dominicae noctis missam* (ib. 33: hymnis matutinalibus: cf. C p. 12 *)[40].

---

uerminacius A; — *uersibilis* ib.; — **uertumnus* (herba) ib.; — *uesicalis* ib.; — *uespillio* ib.

40) Praeter supra digesta etiam alia haud pauca ex Adamani uel Adomnani istius (qui s. f. sec. VII monasterii in insula Hiiensi Scotiae abbas fertur fuisse) libris De uita Columbae (V. C.) et De locis sanctis (L. S.) enotauimus uocabula deriuatiua nouella, quae cuncta in unum hunc imae paginae loculum recongerere placuit. Inprimis ille multa habet uocabula deminutiua, plura tamen figuratione tantum, non iam item et significatione deminutiua (u. c. V. C. II, 20 'post aliquantum diecularum interuallum', L. S. III, 4 'inter misella plurimorum millia homunculorum', ib. I, 13 'de eodem sepulcro quomodo . . sanctum corpusculum eius sit sublatum', atque ita alia), et noue quidem hoc in genere haec: *contulus* V. C. II, 25, *exedriola* V. C. III, 23, *genicula*, ae (genu) V. C. I, 29, *hastella* L. S. II, 11, *legatiuncula* V. C. I, 17, *maceriola* L. S. I, 2, inscr., *misellulus* V. C. II, 27, *plateola* L. S. I, 7 sup. s. u., *relatiuncula* L. S. II, 6, *stillula* L. S. III, 3 (cf. campulus V. C. III, 20 'in occidentalem nostrae campulum insulae solus exire cupio', L. S. II, 13, Greg. M., — familiola V. C. II, 25, Hier., hospitiolum V. C. III, 2

Vesticola: Drac. carm. VII (Duhn), 22 *Mars* . . *Vesticolae niueos peteret cum uirginis ortus,* — ad-

---

uestigabilis B add. Prosp. resp. ad excc. Genuens. ad 6 al.[41]).

'ab ecclesia ad h. reuertens' al., Vlp. Hier., mendiculus subst. V C. II, 25, adi. Plaut., monticellus V. C. III, 20 al., Grom. et monticellulus V. C. III, 30, Pomp. gramm., pecusculum V. C. I, 33, Juuenc., cf. ps. II s. u., alia). Cetera uocum Adamanianarum subrelicta subsequenter per genera digessimus: *belligeratio* V. C. I, 29 'ut eos a belligeratione separaret', III, 14 (belligerator p. II s. u.), *ingeniculatio* V. C. II, 20 'post ingeniculationem surgens', L. S. III, 4, *laetificatio* V. C. III, 26 'suauis l. in maestam conuertitur tristificationem', *mulsio* V. C. II, 14 'post uaccarum mulsionem' (mulsura Calp.), *sepultio* V. C. III, 34 'post consummatam sepultionem', L. S. I, 4, *subiectatio* V. C. III, 32 'post multos in subiectatione inter fratres expletos annos', *tristificatio* V. C. III, 26 (s. u. laetificatio); — *craxator* i. scriptor uel descriptor L. S. III, 6 'pro me eorundem craxatore' pro charaxator Thom. thes. (*caraxare* uel *craxare* pro charaxare i. scribere, describere V. C. III, 1 'quae . . suis caraxatae locis inferius clarebunt', I praef. alt. 'quae . . cognoui . . sine ulla ambiguitate caraxaturum' sc. me, III, 23, L. S. II, 1 'craxanda sunt', I, 10 'quam nunc caraxamus — γρ. craxamus — narrationem'; et sic caraxare et Aldh. laud. uirginit. 45 ex. al.), *discessor* sup. s. u., *dolator* L. S. I, 4 'dolatores siue excisores', gloss. πελεκητής, *lamentator* V. C. III, 29 'illum flebilem lamentatorem', inscr., gloss., *praesagator* sup. s. u., *reaedificator* L. S. II, 30, *scelerator* sup. s. u.; — *importuositas* L. S. II, 30 'de illius importuositate urbis uel portuensi difficultate', *lacrimabilitas* V. C. III, 26 'ingenti lacrimabilitate prolocutus est'; — **condictum* subst. q. conuentus V. C. III, 20 'post angelicum condictum (i. conuentum cum angelis) reuersus ad monasterium', ib. inf. 'locus illius angelici condicti' (condictum q. condictio Gell., App. 'ad c. uenire', Vulg. Gen.), *truncatum* q. truncus L. S. II, 11 'ex qua (quercu) adhuc quoddam truncatum remanet . . radicatum in terra' (cf. fossatum uel fossatus, i recc. pro fossa, h. g. alia); — *ignitosus* L. S. III, 6 (montem) 'nocte ignitosum, die uero fumosum', *liuorosus* V. C. III, 5 'sanctum percussit flagello, cuius liuorosum in eius latere uestigium . . permansit', *pinosus* L. S. II, 12 'pinosus non gran-

dendum, ut et rusticola (sup. s. u.), exemplis compositorum cum -cola C. p. 7 ascriptis.

---

dis mons'; — *carminale* s. V. C. III, 32 'altisona carminalia et ualde suauia audiui . . cantica', *cognationalis* V. C. I, 31 'mei cognationales amici', II, 27 'quia (misellula femina) mihi est cognationalis, de meae matris parentela genitorem habens progenitum', *octonalis, quaternalis, quinalis* et *trinalis:* s. uu., *stercoralis* L. S. I, 1 'coelestium aquarum inundatio . . omnia secum stercoralia auferens abominamenta', *taedialis* V. C. III, 30 'quasi de hac taediali peregrinatione ad coelestem patriam transmeantis'; — *honorificabilis* L. S. III, 3 'honorificabilibus lignis' (Dominicae crucis); — *exploratiue* V. C. III, 1 'de his quae . . ex quadam parte sunt manifestatae, hoc est extrinsecus et exploratiue' (adi. non comparet); — *artifice* L. S. I, 2 'in tribus locis parietis medii artifice fabricatis' (h. e. fabre factis; — adi. artificus non agnoscitur), *commembris* V. C. II, 30 'nostris commembribus in periculo constitutis mente compati debemus fratribus', ib. inf. (commembrata compago P. Nol., cf. n. 42), *hymnificus* L. S. I, 10 'hymnificas laudes Christo referunt', *irreuerberatus* V. C. III, 23 'nullus solem rectis et irreuerberatis potest intueri oculis', *semiantrum* L. S. II, 2, *semiuacuus* V. C. II, 14 (uas); — *formidabiliter* V. C. II, 21, *insuadibiliter* ib. II, 17 'ille immitis insuadibiliter permanens sanctum despexit' (adi. S. S.), *modulabiliter* ib. I, 20 (decantare canticum); — *exacuminare* qd ib. II, 25, *remendicare* ib. 'remendicare, ut meritus, coepit', *superclaudere* sup. s. u.

41) Ratione inita inuenire mihi uisus sum *-bilis* finitorum exempla uett. 278 (pA — uel p. et pA, uel etiam Liu. et pA — 85, praeterea poet. 85), recc. 690 (de quibus in nostris regesta Addendorum ad lexica latina editionibus 115, h. e. 16⅔%), in omni summa 968 uel, si exceperis ea, quae pro denominatiuis uidebantur esse habenda, uett. 6, ut aerumnabilis, pA perniciabilis, recc. 24, ut amicabilis, pompabilis . ., — 938 ficturae legitimae, i. e. deriuata a uerbis. Quo in numero (adiectiuorum uerbalium in -bilis) significationis actiuae — ueluti terribilis (q. terrens), conducibilis (consilium ad rem conducibile Plaut.), *inuitabilis* (sermones iucundos atque inuitabiles Gell.), *susceptibilis* (s. doctrinae homo Boeth.) — inueniebantur uett. 31 (in quis p 10, pA 4), recc. 140, omnia uniuersa 171, e quibus tamen etiam

*** uiaticum** q. iter (unde viaggio, voyage): Ven. Fort. Misc. prol. (inter barbaros longo tractu gradiens . . nouus Orpheus lyricus siluae uoces dabam, silua reddebat.) *Quid inter haec extensa uiatica consulte dici potuerit . .?*

uillicatus, us: Aug. quu. euang. II, 45 (cui dominus denuntiauerat,) *ut a uillicatu remoueretur;* — uillicatio Col. Petron., Hier.

uindicator: S. S. ps. 8, 3 ap. Aug. *'ut destruas inimicum et uindicatorem'* (Vulg.: ultorem), et Aug. ad l. *nonnulli codices 'defensorem' habent, sed uerius 'uindicatorem' . . id est eum qui se uoluit uindicare, ut non illi dimittantur peccata sua;* — uindicator et -trix Charis. I, 14 sine testimonio.

uiscatorium: Manich. cit. Jul. ap. Aug. c. sec.

---

ueterescere C add. Ennod. ep. III, 10 al.; — *uigenus* sing. B; — *uigidus* ib.; — *uigilator* A; — *uirginaliter* C p. 31; — *uirginificare* A; — *uirositas* ib.; — *uiscellum* ib. (al. uiscellum ranarum C. Aur. acut. III, 8, 97); — *uisceralis* et *-ter* ib.; — **uisitare* q. curare (aegrotantem) et perinde *uisitatio* ib.

passiue adhibita sunt interdum, ut cruciabilis (act. e. c. Gell.: cruciabili exitu perire, pass. Arn.: cruciabilis uitae solatium), apud uett. 2, ap. recc. 5. His sollemniter, ut uidentur, actiualibus accedunt ex iis, quorum significatio sollemnis atque usitatior est passiua, — interdum uel a quibusdam usurpata etiam actiuo significatu apud. uett. 17, apud recc. 34, ut aspernabilis pass. Acc. Gell. Arn. Aug., sed act. Cap. Max. Balb. 6, 2. Omnino igitur actiue usurpata esse constat 222: apud. uett. 48, apud. recc. 174. Cf. HA p. 44* (peculiaria Coelii Aureliani significatu actiuo nunc congregaui 31).

resp. Jul. III, 74 *in uiscatorio diaboli;* — uiscarium diaboli ex Hier. Forcell. Lex., non addito tamen loco.

uisualiter: Cassiod. in ps. 36, 29 (eos in aeternum conseruandos esse — n. 37[a2] — pronuntiat;) *hic enim uisualiter conseruari nequeunt, qui . .*, id. in 73, 11; — adi. id. Var. et an., Chalc. (A p. 97), neutr. pl. subst. (uisualia uel uisalia) Th. Prisc. IV f. 316[b], uisualitas Tert.

* **undelibet** relat.: Aug. in ps. 36 serm. 3 ex. *ueritas tibi undelibet loquatur, esuriens accipe* (cf. sic relatiue quilibet et quamlibet: A p. 71, quantuslibet, quomodolibet, ubilibet, uterlibet Beitr. III s. u. ubilibet).

uniceps: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. V, 15 (si libet ea . . quae sunt facta reprehendere, pronuntiemus,) *quia potuit Deus bicipites facere mortales, ideo unicipites et qui pedibus insisterent male sunt facti.*[42])

---

uitrago A; — *uiuefacere* ib.; — *umbrabilis* ib.; — *unalis* ib.; — *unalitas* ib.

42) In -ceps (caput) sunt praeterea: anceps, biceps, praeceps, triceps, centiceps Hor.; quarticeps, quinticeps, sexticeps, terticeps: e sacris Argeor. ap. Varr.; — cf. bicorpor p (bicorporeus, — unicorporeus), tricorpor Verg. Sil.; — centimanus cett. n. 38; — bicubitus et tricubitus recc.; — bipes cett. C n. 10 (ubi subind. recc. duripes, extensipes, latipes, et add. comp. c. praep. antepedes, circumpedes r., propes Turp., suppes Petr., nam comp. c. subst., ut capripes . ., non huius sunt loci; ceterum cf. sup. s. u. sequipeda); — unoculus, recc. centoculus, monoculus (defioculus? Mart., siccoculus); — ambidens Fest., bidens, quadridens, tri-

unifinis: Cassiod. in ps. 117 praef. (in ipsis principiis quatuor uersus pari fine conclusit . . hos intercalares non possumus dicere, quia nullos alios miscet,) *sed unifines eos apto forsitan nomine uocitamus, qui simili uerborum consonantia terminantur,* ib. concl. *in capite quatuor uersus unifines posuit,* in 135 praef. *cuius uersus unifines non improbe dicimus, ubi quatuor uersus simili sententia terminantur,* in 150 concl. *de his* (psalmis) *qui unifines appellantur.* Cf. quadrifinius et trifinius Grom., affinis, confinis, infinis.

---

unitare ib.; — *unite* ib.; — *uocitatio* ib.; — *uolator* (?) C; — *uolens* pass.[43]) A.

dens; — bilinguis, trilinguis, elinguis, illinguis gl.; — bifrons, quadrifrons r., effrons; — bimembris p, trimembris Hyg., inscr., et recc. quadrimembris, quinquemembris gl., aequimembris Bo., commembris n. 40, emembris gl.; — bicornis, tricornis, unicornis (-nus gl.; -nuus Ambr. in ps. 43, 17 al., naricornus A s. u.), — bicors Commod., concors, discors, excors, socors, uecors (cf. sup. s. u. prauicors), — et h. g. alia.

43) Eodem modo, hoc est passiue, cum alia *-ns* terminata participia recc., tum inprimis amans (cf. amant), desiderans, nec non et reuerens usurpauerunt, superlatiue fere et in allocutionibus maxime, cuius usus quae in promptu habebam exempla infra scripsi: „Fronto ep. ad Marc. Caes. I, 6 *magister optatissime, amice desiderantissime,* II, 5 *uale, desiderantissime homo et tuo Vero carissime,* V, 40 *uale, domine dulcissime, desiderantissime,* ad Ver. imp. (II) 4", Capitol. Albin. 7, 3 *fratri amantissimo et desiderantissimo,* ib. 6 *mi unanime, mi carissime, mi amantissime,* et al. scrr. hist. Aug., Amm. Marc. XV, 8, 12 *amantissime mihi omnium frater,* S. S. uers. uet. et Vulg., ut „Genes. 22, 2 ap. Ambr. *accipe filium tuum amantissimum quem dilexisti,* Amos. 5, 11 Vulg. *uineas plantabitis amantissimas,* Is. 44, 9 Vulg. *amantissima eorum non proderunt eis,* cf. Os. 9, 16 Vulg., Phil. 4, 1 uers. uet. *fratres mei dilectissimi et desiderantissimi*", „Lact. Inst. IV, 21, 4", Aug. coni. adult. II, 16 *amantis-*

* **uoluola**: Hier. in Naum 1, 10 *uoluola, quae graece dicitur σμῖλαξ . . herba est similis hederae, quae uitibus et uirgultis circumdari solet, et in longum serpere* (herba, quam conuoluolum uocant: Plin. XXI, 11, 23), — al. uoluula Apic.

uoratus, us: Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. V, 4 *neque sunt anhela fornace conterriti, quae accensa erat in religiosorum uoratum*, Facund. defens. XII, 3 *terrae dehiscentis absorpti uoratu.*

* **urere** per catachresin pro ardere: Greg. hist.

---

uppote A; — *urnifer* ib.; — *usquequo* relat. C add. Aug. in Joann. ep. ad Parth. tr. 10, 5 'ad quidquid aliud ueneris, transi, usquequo peruenias ad finem', ib. 6, in ps. 38, 6 'usquequo ille qui quaedam transilierat omnia transiliret', in 57, 5, in 64, 6, Rufin. etiam Clem. Recogn. III, 34, VII, 16, 21, 29 al., Cassiod. in ps. 102, 5, alii; — *ustulatio* A; — *usucaptio* ib.

sime frater, „Sulp. Seu. dial. I, 1, 2 *complexi hominem amantissimum* (exosculatique genua . . eius)", Const. Theod. II de Theod. Cod. auct. 8 *Florenti, parens carissime et amantissime*, impp. Valens et Valent. in Consult. uet. ICti 9, 1, inscr. Orell. 4644 *coniugi . . amantissimae desiderantissimae*, „inscr. ap. Grut. 781, 7, inscr. ap. Fabretti p. 147 n. 183" al., Cassiod. in ps. 56 in. *labore finito in loco desiderantissimo conquiescis*, hist. trip. II, 12 *Deo amantissimi principis nostri*, Facund. defens. IV, 2 *dilectissime et amantissime*, Venant. Misc. III, 2 *pater amantissime*, id. uita Marcell. Paris. prol. 2 (cf. Rönsch p. 456 sq.); — Mar. Mercat. Subnot. 4, 4 *qua nihil honestius inter reuerentissimas matronas inuenias*, Cassiod. Var. VII, 24 *reuerentissimum te omnibus facis, si quod de nomine tuo creditur et in moribus sentiatur*, in ps. 107 in. *psalmi . . reuerentissima subtilitate profundi sunt*, Facund. def. V, 2 *reuerentissimi episcopi dixerunt*, et item saep. ib. et al.; — dignantissimus Hilar. Spicil. Solesm. I p. 119 *dignantissime imperator*. Ceterum eodem modo iam uett. euidens, recc. aduerbia abominanter, ut Cod. Theod. (III, 12, 1: si quis filiam fratris faciendam crediderit abominanter uxorem), Cassiod., impatienter Th. Prisc. I, 10 'oculis impatienter dolentibus'.

Franc. V, 3 *si ante eum . . urentem puer cereum tenuisset.*

uuiditas: Coel. Aur. signif. diaet. pass. 68 *ex uuiditate oris, sputo effluenti.* Cf. tard. II, 12, 137 'quod obsident uuida plurimo tempore habitudinem gutturis'.

uulnificare: Ven. Fort. Misc. X, 2 *uulnificauit cunctos infelicis arboris acquisita possessio, quae blandientibus pomis proli prius nocuit quam nutriuit.*

zelanter [44]): Ven. Fort. uita Paterni 3 *quam*

**uulsio* ib.; — *uulluatus* ib.; — *uxoratus* C add. Ps. Aug. ad fratrr. erem. s. 37 'sacerdotes eorum uidimus uxoratos'; — *xyromyron* A.

44) Cf. *abominanter* (II h. e. cf. ps. II s. u.), abstinenter, abundanter, *accidenter* Boeth., *admodulanter, aemulanter, affirmanter* Gell., affluenter (comp. Cic. Nep.), *albicantius,* [10] amanter Cic. (comp. et Tac.), *ambienter* (II), *ambigenter, apparenter* Bo., appetenter, ardenter, arroganter, *aspernanter,* asseueranter Cic., assimulanter Nigid.,[20] audenter pA, *auenter, beniuolenter, callenter, cedenter* C. Aur., celeranter Acc., *certanter, cognoscenter* Tert., *cohaerenter, comminanter,* [30] *competenter, compugnanter, concinenter, concludenter* Bo., *concordanter, conducenter* Gell., confidenter, *consentienter* (II), *consequenter,* consideranter pA, [40] consonanter (II), *conspiranter,* constanter, *consternanter,* continenter, *contingenter* Bo., *continuanter* (p. 40), conuenienter, *cumulanter,* cunctanter Liu. Tac., [50] cupienter pr., decenter, *definienter, desideranter* (II), *designanter,* desperanter Cic. ep., *differenter* (II), diffidenter, *dignanter* (II), diligenter,[60] *discernenter* C. Aur., dissimulanter, *dissonanter, distanter, doctitanter* (p. 40), dolenter, *dominanter,* dubitanter, *edocenter* Gell., efficienter Cic.,[70] *effulgenter,* eleganter, eloquenter pA, *eminenter, esurienter* App., euidenter, *euigilanter, exaggeranter* (II), excellenter, *experienter* Bo.,[80] *expetenter, explicanter, exprobranter, exsequenter, exsultanter* (II), *exuberanter, exundanter, fallenter,* famulanter

(plebem paganicam) *hortati sunt zelanter idola relinquere.*

Acc., *fastidienter* App., [90] feruenter (II), festinanter, fidenter, flagranter Tac. et postt., *florenter*, fluenter Lucr., *fragranter*, fulgentius Plin., *furanter*, furenter Cic. ep., [100] *gaudenter*, *glorianter*, *gratanter*, *gratulanter*, grauanter Liu., postt., *haesitanter*, *hinnienter*, iactanter (comp. Tac.), *ignoranter* (II), *ignoscenter* (Ott), [110] *illicenter*, immerenter pA, *imparcenter*, impatienter pA, impotenter, *improperanter*, impudenter, *inabstinenter*, *incessanter* (II), *incompetenter* (Erg. I), [120] *inconsequenter* (II), *inconsideranter*, *inconsonanter*, inconstanter, incontinenter, *inconuenienter* (p. 40), *incunctanter*, indecenter pA, *indeficienter* (II), *indeliberanter*, [130] *indesinenter* freq. eccl., indifferenter pA, *indignanter*, indiligenter, *indiscrepanter*, *indissimulanter*, *indistanter*, *indubitanter*, indulgenter, ineleganter, [140] *inexperienter* Bo., *inflammanter* Gell., *ingrauanter* (II), *inhianter* (p. 40), innocenter pA, *inobedienter* (addend. p. 40 s. u. definienter), *inobseruanter*, *inopinanter* (II), inscienter, *insectanter* Gell., [150] *insequenter* Non., *in-sequenter* Gell., *insignanter*, insipienter, *insistenter*, insolenter, instanter pA, *insultanter*, intelligenter (II), intemperanter, [160] *interroganter*, *intitubanter* Bo., intoleranter, *intrepidanter* Non. Hilar., *ioculanter*, *irreuerenter* (II), irridenter Laber., pstt., *laetanter* (II), latenter, *latrocinanter*, [170] libenter, licenter, *liuenter*, *luxurianter*, *maleuolentius*, *merenter*, minanter Ou., *miseranter* (II), *mitiganter* C. Aur., moderanter (II), [180] *modulanter*, *mouenter*, *musicanter*, *nauanter*, *nescienter* (add. l. l.), *nictanter*, nocenter pA, *noctanter*, *nolenter*, obedienter Liu. et pA, [190] *obrepenter*, obsecundanter Nigid., obsequenter Liu. Plin., *obseruanter* (II), *obtemperanter* (II), *omnipotenter*, *operantius* C. Aur., *ordinanter*, oscitanter Cic. s., *ouanter* Tert., [200] patenter Cic. et recc. (II), patienter, *peccanter* C. Aur., *peragranter*, per-lubenter Cic., permananter Lucr., *permanenter*, *pernoctanter*, perseueranter Liu. et pA, *persolenter*, [210] *personanter*, *pertinenter* Tert., petulanter, *poenitenter*, *pollenter*, potenter Hor. et pA, praecipitanter Lucr., Rufin., *praefestinanter*, *praefidentius* (add. l. l.), *praelicenter*, [220] praemetuenter Lucr., praeproperanter Lucr., *praescienter*, praestantius Plin., *-ter* Ven. (II), *praesumenter* (II), *praetereunter* (II), *praeuenienter*, *precanter*, *proficienter*, profluenter, [230] *prominentius* C. Aur., properanter, *prospicienter* Gell., prouidenter, pudenter, rarenter pr., *redundanter*, *reluctanter*, *renitenter*, repugnanter Cic. s., [240] reuerenter pA, sapienter, *satianter* App. (II), *saturanter*, scienter, *scrutanter*, *sequenter*, *sermocinanter*, *signanter*, significanter, [250]

zinzala: Cassiod. in ps. 104, 31 *ciniphes genus est culicum fixis aculeis permolestum, quas uulgus consueuit uocare zinzalas;* — hisp. zenzalo, ital. zanzara, franc. (uet.) cincelle, cf. Dietz Roman. Wörterbuch ed. III t. I, p. 450, quem uox ista latina rusticana uidetur fugisse.

---

silenter (II), *simulanter* App., sitienter Cic. et recc., *stillanter, stomachanter* „Aug.", *suadenter*, subarroganter Cic. s., *subsequenter* (II), *sufferenter, sufficienter,*[260] *superabundanter, supplicanter, suspicienter, suspiranter,* temperanter, tergiuersanter Vell., titubanter, toleranter, *tonanter, torrenter,*[270] *transeunter* (II), *trementer*, trepidanter, *turbanter, uacanter* Gell., ualenter Ou. et pA, *ueneranter* (II), *uerenter,* uigilanter Cic., Aug. (II), *uincenter,*[280] *undanter, uolenter* App., C. Aur. (II), *urgenter* (II), — 283 (uel absque compositis cum inpriuatiua 231), quorum 101 sunt uett. (sed in his pr. 3, p 8, singularia Ciceronis 12, pA — uel p et pA — 24). Ad haec cf. Neue Lat. Formenl. II p. 496, qui Charisii Inst. II p. 184 sq. K. contra Verrium Flaccum sententiam approbat, participia in aduerbialem formam transire posse negantis, nisi prius naturam adiectiuorum ac proinde comparationem receperint, ita ut e decens decentior, pudens pudentior . . potuerint figurari aduerbia, at non item e faciens, scribens . . Verumenimuero, cum nominis adiectiui naturam recipere ac per comparationis gradus declinare non quoduis possit participium, loco tamen adiectiui haberi h. e. attributiue construi cum nomine substantiuo omne possit, consequenter etiam aduerbiali forma sui, si modo sententiae ratio patitur, cum praedicatiuo, ut ita loquar, construi omne potest participium, et claustra illa non sequiores demum, ut Neue putat, ruperunt, sed et Cicero aequalesque eius uel aetate superiores non semel transiluerunt, et alii deinde ueterum ante Gellium Appuleiumque: cf. 19, 55, 67, 83, 111, 198, 239, 265 aliaque inter suprascripta huius figurae exempla.

Voces deriuatiuae

per genera ficturae atque inclinamenta digestae.

Nomina substantiua:

-tio (-sio): uide in Beitr. II col. 337—352 (p. 496—518) cum additamentis in Zus. p. 3 sq. uel Beitr. III, n. 18.

De hoc genere cf. praeterea A n. 2, — ib. p. 23 cl. 19* (de nominibus uel -tio uel -sio terminatis, ut tortio, torsio..), — n. 68 (ubi add.: in 1 eiectio, eiectatio, in 2 illectatio Gell., illectio Cassiod.), — B n. 19, — Beitr. II, n. 6 et 7, — (in hoc libello) supra n. 29.

-tus (-sus), us: uerbalia uide in n. 25, — denominatiua: primitiuatus, uillicatus.

Ad uerbalia in -tus (-sus), us cf. A n. 10 cl. p. 19*, B n. 21, — de denominatiuis C p. 16* ann. 1, B l. l. et col. 216 (p. 437).

-tura (-sura): charaxatura, comestura, conscissura, gannatura, inscissura, limatura, mersura, messura, rosura, stannatura, suballigatura. His add.: **acupictura** Caes. reg. ad uirg. 42 'plumaria et acupictura et omne polymitum uel stragula siue ornaturae nunquam in monasterio fiant'.

Cf. p. 101, A n. 44, HA p. 6* et addit. p. 57*.

-tor (-sor) et **-rix**: uide in Beitr. II col. 352—66 (p. 518—38) cum addit. in Zus. p. 4 sq. uel Beitr. III, n. 12.

Cf. n. 26 (C n. 17), Beitr. II, nn. 12—20, A n. 85, B n. 2 et n. 20.

-men, -mentum: excusamen, famen (add. Aldh. l. l. 931 'si fingam famina falsa', 675 'diserto famine fretus', 729, 738 al.), oramen Aldh. carm. de uirginib. 1339 (supplex oramina fundit), 1527, praesagmen Aldh. carm. de uirg. 294 'superna Dei uatem praesagmina ditem coelitus implebant', reuelamen, scrutamen, stipamen, surculamen; — abarticulamentum, adiuuamentum, contemperamentum, fabricamentum, limitamentum, nauseamentum, nodamentum, nuncupamentum, pullulamentum, purpuramentum, roboramentum, saluamentum.

Cf. B n. 14 (ubi b) s. f. scrib.: sternutamentum Sen. Scrib., Dynam. Beitr. III s. u., sternumentum Cic. Diu. II, 40, 84, Plin. et all., — et col. 213 l. 7 ab imo — p. 432, l. 3 —: nonaginta septem), ib. n. 22 et 23.

-culum (-us, -a), **-bulum** (-a, -us): adminicula, ae, diuinaculum, emissaculum, nutriculus, redimicula, ae; — pulsabulum.

Cf. de -culum (-us, -a) A p. 25 ad 'emissaculum', denom. C p. 15* ad 'pinnaculum' [45]), — de -bulum supra n. 27.

---

45) Deriuatorum a uerbis indiculum subieci, in quo iis quae non sunt apud Corssen Beitr. z. lat. Formenl. p. 345—50 crucicula (†) appicta est: † adminiculum, auguraculum, † *collectaculum*, commetaculum, † conceptaculum, † conuenticulum, † cooperculum, † crepiculum (crepitulum), † crepitaculum, cubiculum, curriculum, † deridiculus, † *demeaculum*, deuerticulum, † discerniculum, diuidiculum, euerriculum, † *exceptaculum*, † farticulum Titin. 90, ferculum, † focula (dicta nutrimenta Non.), gubernaculum, habitaculum, † hibernaculum, † *hospitaculum* (Vlp. Dig.?), ientaculum, incerniculum, † inducula, † instragulum (g pro c: A n. 23), *liaculum* gl. Philox. λειαντήρ (liare Tert. Apic.), † *meaculum* M. Cap., Marc. Emp p. 248 St., † *memoraculum*, miraculum, † *notaculum*, † nouacula uel *-um* Lampr. Hel. 31, 7, † obiectaculum, *obstaculum*, † *obstrepitaculum*, † *obturaculum*, † *obumbraculum*, † *occursaculum*, † *offendiculum*, † *offensaculum*, operculum, oraculum, † *ostentaculum*, † pauicula (pauire), † *pendiculus*, *-um* gl. ἁρπεδών, *-ώνιον* (nisi forte est demin. e pendix), † *perforaculum*, periculum, perpendiculum, piaculum, prae-

-ulus: prela (prem-ula), tinniolum, turbulus, cantula?; — turundus (cf. A n. 79).

De -ulus A n. 76 (cl. p. 22*), ubi add. obstragulum (obstringere) Plin.

-monium: plangimonium.

Cf. ad. u. (p. 121) et HA p. 49*.

-tas: uide in Beitr. II col. 366—71 (p. 538—45) cum addit. in Zus. p. 5 uel Beitr. III n. 14.

Cf. Beitr. II n. 21—28, A n. 17 et p. 22*, B n. 25; etiam A n. 65 (-ties uel -tas).

-tudo: deliquatitudo, directitudo, excelsitudo, inualitudo, [5] promptitudo, quantitudo, scabritudo.

Cf. A p. 12* ann. (ubi add. 1, 2, 6) et supra p. 42.

-edo (-ido): turpedo.

Cf. A n. 63.

-nt-ia: a part. praes. figurata uide in indiculo p. 29 sq. n. 7 (in quem subind. inuolentia Salu.), — ab adi. in -ficus p. 65 ad u. gratificentia.

Cf. et B n. 24 et (compos.) ib. n. 7.

alia in **-ia**: a uerb. accidia (cf. A n. 3), denom. artigraphia, conuersia, — pro -ies: facia, scabia (cf. A n. 65, C n. 11).

---

ericul um, poculum, † *potaculum*, † prandiculum, † pugnaculum, propugnaculum, receptaculum, † Rediculus, redimiculum, † *remeaculum*, † *resignaculum*, † *respiraculum*, † *retentaculum*, retinaculum, † *reuerticulum*, ridiculus, sarculum (sarrire), † *sectacula*, ae, sediculum, † *serraculum* (?), † *signaculum*, spectaculum, † spiraculum, † stragulus, -a, -um (stra-tus), subligaculum, subucula, sudiculum P. Diac., † *sustentaculum*, † *tegiculum*, † *temperaculum*, † *tenaculum*, † tendiculae, † terriculum et -la, † tintinnaculus et *-lum*, † *tutaculum*, † *uectaculum*, uehiculum, † uerriculum, uerticula, *-um*, † *-us* (A n. 18), umbraculum (¿ baculum uel -us, coenaculum). Cf. et A n. 76.

-ium: simplium, infamium (cf. ann. ad 4), psallentium (cf. ann. ad u. A p. 69), ilium A p. 36 (cf. ann. ad u.), circumfinium, subsanium, supersellium, bisextium, centipedium, [10] saxiperium (cf. n. 31), cerasium, stibium, corrigium, diiugium A p. 22, increpundia, proluuium, subterfugium, boniloquium, suauiloquium, [20] subtililoquium, lanipendium, corsaluium, frontispicium (cf. n. 14, in quam subind. 19, 20, 22).

-ies: indigeries, interficies, recaluities, saturies.

Cf. C n. 11, A n. 65.

-go: astago, buccellago, capsilago, lampago, uitrago.

Cf. A n. 14.

-o masc.: asellio, bombulio, cerio, circio, (milito, pipio: p. II s. u.), syringio, uespillio.

Cf. A n. 75. De -ela Beitr. III n. 6.

deminutiua (subst. et adi.): admonitiuncula, arbustulum, calliculus, campanella, caricula, cicerculum, clustellum (a clustrum N. Tir. = claustrum) Aldh. laud. uirginit. 41 'arcarum clustella reserantur', 36, contradictiuncula, contulus (n. 40), conuiuiolum, cucurbitella, defloratiuncula, gregiculus, hastella (n. 40), historiola, laruula, legatiuncula (n. 40), maceriola (ib.), mancipiolum, mediolum, oblatiuncula, orphanula, pastillulus, piscariola, plateola (n. 40), platula, pomulum, poscula, puste(i)lla, refutatiuncula, relatiuncula (n. 40), salicula, scripturula, spicella, stillula (n. 40), surcillus, tempusculum, thoraciculus, tumbula, uarulus, uiscellum; misellulus (n. 40), peregrinulus, prudenticulus, sapidulus (cf. HA p. 59* et A n. 40, p. 46); — cuniculum pro -us (cf. ad u. et A n. 18), exedriola (n. 40: exedrium), floscula (et -um), genicula, gladiola, glumulum (gluma), uentriculum; — cibulla (cf. Schwabe De deminutiuis gr. et lat. p. 36 sq.), errollus (¿ ab erroneus, an a — non comparente

— erro, onis: cf. ad u.), sescla; cratella (cf. recc. uitilla, basella), clauiculus (clauus), lauriculus, luricula (ad haec cf. A n. 40 p. 45); — ¿ buxtula, gamella; — crudaster.

Cf. etiam supra n. 37, A n. 27, ib. n. 56 (de signif.), — B n. 28, C° n. 3; — demin. compar. Beitr. III n. 17; — ad 'crudaster' supra n. 10.

composita: aequiportio, armifactor (cf. B n. 2), aurifossor, dulcisapa, equistrator, insanifusor, napocaulis A s. u., primogenitor, primogenitus, u, rapanapus, saccomel, sarcitector, scenifactor, semialpha, semiantrum[46]), triporticus (cf. ad u.), uentricultor; co-alumna (cf. B n. 5), coamator, coapostata, coarianus, cohaereticus, coidololatra, co-

---

46) Semi- (uel sesqui-) praefixa substantiua substantiualem suam uim reseruant integram a) ita potissimum, si sunt mensurarum uel sim. uocabula, ut simiiugerum (sesquiiugerum), semipes Varr., Solin. 27, 51, 34, 3, postt., — sed etiam b) illo, quo semiantrum dictum est, modo, ita nimirum ut uox speciem quandam uel figuram, ut ita loquar, repraesentet, quae sub aspectum cadat dimidiata, ut semiorbis Sen., *semisphaera* Aldh. Exempla si quis plura requirit haec habeto: a) semihora (sesquihora Plin. ep.), se(mi)libra (sesquilibra), se(mi)modius (sesquimodius), *semicorus, semilibra* (ita plene App. herb.), *semiobolus* (sesquiobolus), *semidies,* alia plura, b) semicanaliculus, semifastigium, semilater, semimetopion (quae sunt Vitr.), semicirculus pA (etiam adi.), *semicupa, semidiameter, semimitra, semispatha,* — Augusti aeuo anterius uix ullum, nisi tamen semipiscina Varr., semilixula id. (declinata uocis terminatione: semicinctium, semifunium, semilaterium). Nam cetera fere substantiuorum genera ipsa cum semicompositione (non declinato simul fine) adiectiua fieri uidentur (semibouemque uirum semiuirumque bouem, semihomines Centauros Ou., semigraecis pastoribus Varr., anui semisomnae Plaut., . .), quamuis ipsa quoque, ut alia adiectiua, pro substantiuis usurpari et possint et saepius soleant (semideique deique Ou., Statorius semilixa Liu., tres in Trinacria Sirenes . .: tres uolucres, tres semidcae, tres semipuellae). Prorsus tamen substantiuali potestate semiieiunia Tert., semiperfectio Ambr., semisermo Hieronymus.

imitator, comminister, compropheta, consedulitas, conseruulus, consputum, contyrannus, coopifex, dehonestas, increpundia, pergustus, praecausa, praedux, praeprincipium, progenerator, prosator, resonus subst., subumbilicum; in-cognitio, indigeries, ingratificatio, inlibatio[47]), innatiuitas, inobauditio, inualitudo (cf. B n. 10 — ubi congestis exemplis int. cett. indend. iniustificatio „intpr. Ignat. ad Rom. 5" —, Beitr. II n. 15 et 23); — hibridae: apomel, artigraphia, oenoferus, pentafolium, pseudochristianus, pseudopastor (adi.: celsithronius, conscotinus, holosericatus, hymnificus, psalmidicus, infidigraphus, substypticus — cf. ad u. —, terrifagus); hibr. deriuatione: homous-ian-ista, homuncionita: de hibr. cf. A n. 55, B n. 42; A n. 8.

figurae **compendiariae** (HA II, 4 et A n. 32 c. add. p. 19*)*) uel sim. sunt: assisa, copula (= copulata, -tus), ficta, humecta, recessa . . (et adi. coxendicus, foetosus); sim. (HA. p. 75) condictum, consputum, truncatum.

corrupta: acora, ae, alphita, apostema, lichena,[5] parotida, styraca, syringa, apomel (cf. A n. 9), astago, [10] bombulio, calamtis, cosmetorium, cyclamen, leuisticum, [15] manganum, oenoferus, oxycras (cf. ad u.), saumarius (cf. et cauculator gl. pro calculator), scia (cf. s. u. et ps. II: sciaticus), [20] squinantium, stibium, susurna, tribunarium, corrigium, [25] cuniculum, floscula, ae, gladiola, iubilus, podius,[30] bistacia, cerofarium, curtalinus, exenia (cf. ad u.), fenugraecum,[35] portesis (cf. ad. u.), sarsurius (cf. cursurius ed. Diocl.), stafisagria; adi. intrinsecus (cf. ad u.), clanculus (ib.), proculus.

---

47) B s. u. (e Ps. Hier. ep. ad amic. aegr. II), [Hilar.] anon. in Job I p. 111 '*orauit ad Dominum*' *sensus illibationem, mentis integritatem, animae sanitatem* (p. 70 casu omissum).

*) Exemplis interserenda sunt porro: circellio Aug., ut in ps. 132, 3, pro circumcellio, rusticola (supra p. 147 sq.).

Ad 1—7 cf. A p. 47 sq. et n. 43 c. add. p. 20*, ib. p. 4 ad 3 et infra ps. II s. uu. decada et malagma (cf. et [Fulg.] serm. 46 'sub temporali cauma', Dynam. II, 78 'folia . . rhagadiam curant'); — ad 9—23 cf. A n. 22 cl. p. 19* et horcista ps. II s. u., — ad 24—29 cf. p. 37 sq., A n. 18 cl. p. 19*, HA p. 64 sq. et 54*, add. bletus Dyn. I, 29 et bleta ib. p. 400 pro blitum (βλίτον) Plaut. Pall., furfura, ae (it. forfora) Dyn. II, 93 'furfuras capitis tollit' al., scutula a scutum (Aug. quu. in Hept. II, 115: scutulas, quae a scuto latine appellantur); ad 34 et 37 A p. 29.

substantiuata: compassum, condictum, coxale, fabarius C s. u., fibulatorium, foculare, nigella et nigellatum, pasta, patiens, patrioticus, pedulis, regestorium et registoria, scriniaria, secundina, sellaris, sons neutr., subrelicta, suggerenda, ae, sustinens, truncatum, uentosa, alia.

Nomina Adiectiua:

uerbalia in **-us** (simpl.), — -uus, -erus, -mnus — et in **-is:** assonus, stingus, sub-tremulus, suffragus (?), (¿ tollae uel tolles); — succiduus (succedere): cf. B ad u. 'acciduus', — strep-erus: cf. ad u., — uertumnus; — impinguis: cf. ad u.; — ad adi. uerb. in -us cf. Beitr. I ad u. 'inconniuus' (ab -ere) [48]).

---

48) Alia quaedam huius figurae exempla ascripsi: (-are) applic(us), *-ior*, auerruncus, *con-* et *dis-gregus, consolida*, delirus, festinus, gubernum, *indagus*, lani-us, pandus, re-, *praeambulus*, properus, *de-, reprobus*, -sonus, ab-, *ad-* etc. (cf. p. 11, ubi add. personus pA), substillus, — (-ere) comedus, condus, congruus, *in-*, coquus, de- et prospicus Naeu., diuidus, -fluus, circum- Ou. et pA, *con-*, de- pA (etiam Ambr. in Luc. VI, 85), dif-, *ef-, in-*, inter- pA, *per-*, prae- Plin., pro- pA, *super-*, -fugus, pro-, re- Ou. et pA (*confuga, de-*, per-), iuncus (h. e. iungus) et iugus, a, um etc. (cf. iugis, adu. A n. 52), -licus (-quus), de-, re-, -nubus, pro-, in-, Opitulus, Panda, parcus, perfica, peruicus, *plecto*, praefica (cf. P.

-bundus: incunctabundus, lassabundus, ludificabundus, mutabundus, parturibundus, rotabundus, rugibundus Aldh. carm. de uirgg. 1226 (leo), scrutabundus, sitibundus, uentilabundus.

Cf. indiculum A n. 45 cl. ib. p. 20*, qui hinc est supplendus (sed delendum nexabunde), et supra p. 114 n. 20 (de -c-undus, -undus A n. 79).

-bris: mulcebris (cf. ad n.).

-bilis: uide in laterculo adiectiuorum in -bilis mox seorsim edendo (in- priuatiuam praefixa infra l. s.)

Cf. n. 43; A n. 81* cl. HA p. 45* n. 8; C n. 9 (ab inchoat., add. crescibilis) et 16 (-abilis uel -alis; add.: exanimabiliter, exanimalis, — infitialis, infitiabilis, — mercabilis, mercalis) cl. B col. 207; supra p. 36 n. 9 (-ibilis uel -ilis); denique B n. 39.

-t-ilis (-s-ilis): corruptilis (n. 9), effutilis, formatilis, manufactilis, [5] plexilis, pompatilis, impartilis.

Cf. A n. 33 (= ticius; add. 4) et supra p. 122 n. 22 (-atilis uel -aticus; adderem, ni significatu differrent, arcuaticus s. u., arcuatilis Sid.).

-ax: carniuorax, comminax, deficax, magniloquax, [5] praesagax, uaniloquax, uentisonax.

Cf. A n. 57 cl. p. 21*.

-iuus: uide in laterculo -iuus finitorum annexo appendici (seorsim editae) ad 'Beitr. z. lat. Lexicographie u. Wortbildunggeschichte: III' (III*), ubi ea, quae in nostris Lexicorum Latinorum Paralipomenis regesta sunt, diductis literis leguntur distincta.

Cf. praeterea HA p. 40* sq., A n. 21 (cl. p. 19*) et III n. 5; B n. 37; de expressis et in -iuus et in -icius supra p. 59 n. 13; ad deriuata a nominibus (prae-

---

Diac. Fest. p. 223), prodigus, promus, -sequus, *con-*, *sub-*; — (-ire) interpolus, peruinca et uincaperuinca, praesagus, scius (con-, in-, nescius).

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

ter HA l. l.) B ad 'caritatiue' (cl. supra p. 18) et B ad 'temporiuus' (add. exemplis *sitiue, uoluntatiuus*); ad deriuata a part. praes. C p. 6 sq. (praeter composita ex -substantiuus exemplis add. *parentiuus*, cf. *gerundiuus*).

-icius (uerb.): afflaticius, capticius, coacticius, figuraticius, inducticius.

Cf. HA p. 23* et B n. 38; supra p. 59, n. 13, A n. 33.

-icius denom., **-acius** (-aceus): fabricius, gladiatoricius, personaceus, pullinacius (*γρ.* pullinaticius), ranaceus?, sarracius, uerminacius.

Cf. HA p. 22* sq., A n. 30 et 34, (-acius) ib. n. 59 [49]).

---

49) Figurae in -acius uel -aceus exempla conexui haec: *alutaceus*, ampullaceus pA, apiaceus Hyg. fab., auenaceus Plin., balaenacius Petron., betaceus, bulbaceus Plin., *cacabaceus* (Beitr.) III s. u. (add. Zeno tr. II, 44), capillaceus Plin. Aug. (cf. C* s. u.), *chartaceus* III s. u., *chartinacius* Prisc., cineraceus Plin. (terra, color), *columbinaceus* C. Aur., *coriaceus* C*, cretaceus Plin., *cucumeracius* A. n. 84, erinaceus (cf. Beitr. I s. u.), *fabaceus*, *faecaceus*, *farinaceus*, farraceus, *fauillaceus*, *fermentacius* ps. II, ferulaceus Plin., *focacius* ps. II, foliaceus Plin., formaceus Plin., *frumentaceus*, *furfuraceus*, furnaceus Plin., gallinaceus, hederaceus Cat. r. r. Plin. Vop., heluenacius (heluus) Plin. Col., herbaceus Plin., hordeaceus Cato r. r., pA, intubaceus Plin., lappaceus Plin., *liliaceus*, *limaceus*, loliaceus, *lupinaceus* ps. II, *lymphaceus*, maluaceus Plin., *mellacium* Non. (p. 379[a]: sapa, quod nunc m. dicimus), membranaceus Plin., postt., *merdaceus*, miliacius P. Diac., miniaceus Vitr., moracius Titin. (nuces), murtaceus Cels., mustaceus, oleaceus Plin., oleraceus id., *palumbaceus* (de colore), pampinaceus Col., papyraceus Plin., pauonaceus id., *piperacius*, *piracium* ps. II, *plumacium*, *polentacium*, *pollinaceus*, *pomacium* Thom. th., populacius Laber. ap. Non. (populacia, ut nugalia, puerilia . .), porraceus Plin., pulleiaceus (pullus) Oct. ap. Suet. Oct., *pulmonaceus* Veg. u. (radicula), rapacia, orum Plin. (rapicius Cat. r. r.), resinaceus Plin., rosaceus Plin. Scrib. al., *rutaceus* (ps. II), *sebacius* s. App., silaceus (sil) Vitr. Plin., *siliginaceus*, *sucinacius*, surculaceus Plin., *terraceus*, testaceus Vitr. et pA, testuacium (testu) ,*tiliacius*, tofaceus Plin. (-icius Capit. et ¿ Pall.), uinaceus s. (etiam -a et -um , uiolaceus Nep., Plin., — 48 uett., quorum pA sunt 35 (et in his Pliniana 23), — 40 recc.

-ĕus: carboneus, incarneus, nigrogemmeus, Scipioneus (cf. ad u.), stirpeus; fell-in-eus.

Cf. HA p. 20* sq., (-eus uel -nus, -inus, -neus, -ineus) A p. 13*, (non materialia) ib. n. 67, (compos.) ib. n. 50; B n. 34.

-ĭnus, -ĭnus: citrinus, miliginus, (cf. ad u.), scortinus, siliginus, susurna; ¿ herinus (cf. ad u.).

De adiectiuis materialibus in -inus (-ineus), -nus (-neus), -ginus (-gineus) cf. HA p. 21* sq., A n. 19 cl. p. 13* ad 'fellineus'.

-ŏsus: accidiosus, actiosus (cf. 19, 31 et ad uu.), alopeciosus, argumentuose A n. 26, [5] aureosus, beneficiosus, bombosus Aldhelm. laud. uirginit. 20 (uox), id. carm. de uirg. 57 (b. fauce) al., brumosus (¿ = bromosus ps. II), caerulosus, [10] cancrosus, carcinosus, clamorosus (add. Ps. Ambr. serm. 24, 4: cachinnis clamorosis), conuiciosus, dactylosus A, [15] dorsuosus, effectuosus, familiosus, fermentosus, fictiosus, [20] fluxuosus, foeterosus (cf. 25), foetosus (cf. ad u. ann. 32), furculosus, gibbosus, [25] humerosus (cf. ad u.), ignitosus n. 40 [50]), imbecillosus, improbosus, incestuosus, [30] indecorosus, intentiosus (adu. intensiose schol. Juu. XI, 15), lamentosus, lapillosus, libentiose, [35] lipposus, liuorosus n. 40, materiosus, morosus (mora), mustuosus,

---

50) Hoc non crediderim deriuatum esse ab ignitus adi., nec profecto compendiose a -tas, ut calamitosus, egestosus, sed interiecto -it- esse figuratum, sicuti amar-it-osus Garg. Mart., dignitosus Petron., ramitosus Plin. (A p. 72). Cf. bell-ic osus (bellosus Caecil. seu Cael. ap. Nonl p. 57 b), febricosus Veg. uet., lendicosus Thom. thes., neruicosus gl., nubigosus (?) Cl. Mam. „an. I, 7, 1", senticosus Afran, App., Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. VI, 27 (sentosus B col. 220), tenebricosus, — fraud-ul-o-sus Dig., formidolosus, met-icul-osus, siticulosus, somniculosus, — ambag-i-osus Gell., apic-i-osus gl. caluus (apicus), laboriosus, lusciosus, mentiosus (menta) Marc. Emp. p. 393 G., montaniosus Grom., murmuriosus Aug. (Georges Z. f. österr. Gymn. 1873, p. 263).

[40] ossosus, pinosus n. 40, pdenosus, rabidosus, ramicosus, [45] refrigeriosus uel refrigerosus, rubicundosus, saporosus, scatebrosus, [50] sentuosus [51]), singultuosus, sonorosus, subdolosus, tumorosus, — quae eorum, quae cognita habemus recc., plus sextam efficiunt partem.

Ad totum genus cf. HA p. 27*—30*, A n. 64 et III n. 9; — ad 3, 10, 11, 24, 35, quae, quo morbo quis impletus sit uel qua ex parte sui quis laboret, significent, HA p. 28*, n. 27 [52]); — ad 5, 7, 9, 14, 18, 23, 53, ut quae non tam copiam significent, quam similitudinem eius rei, ad quam referuntur, cf. HA p. 29*, n. 37, A p. 18 'dactylosus' et p. 31; — ad 4, 15, 39, 50, ut declinata non in -osus, sed -uosus, cf. A n. 26 (in quam

---

51) Ad 4, 5, 12, 20, 24, 25, 40, 43, 44, 46, 50, ut quorum alterae exstent et usitatiores fere formae (argumentosus, aurosus, clamosus . .) cf. hircosus, *hircuosus,* monstruosus, monstrosus, portentosus, *-tuosus,* saxosus, *-uosus, uberosus, ubertuosus, egestosus, -tuosus,* ceteraque huiusmodi; quae ex A n. 26 repeti possunt; neruosus, *neruicosus,* rugosus, *ruginosus,* somniculosus, *somniosus,* tenebricosus, tenebrosus, uentriosus, *uentrosus* (C*), pedicosus (pedis), pediculosus; caliginosus, *caligosus,* luscitiosus (luscitio), lusciosus, *tabidosus, tabiosus; affectiosus, -uosus, iecorosus* C. Aur. Sid., iocinerosus Scrib. et M. Emp. p. 341 C uel *iecinerosus* M. Emp., *pecuosus, pecudosus,* pustulosus Cels., pusulosus Col., *querelosus, querulosus* (ps. II), muliebrosus, mulierosus, naufragosus (Erg. I), naufragiosus, alia.

52) Cf. calculosus (calculis uesicae laborans) Cels. Scrib. Plin., cerebrosus (cerebro ita laborans, ut ad iracundiam atque etiam ad uesaniam procliuis uel prorsus insanus sit), *anhelosus* C. Aur., *auriginosus* M. Emp., Th. Prisc. IV, f. 312[b], gl., *catarrhosus* Th. Prisc., *coriaginosus, derbiosus* Th. Prisc., *elephantiosus* Aug., M. Emp. p. 322 B, Th. Prisc. I, 30, App. h., *farciminosus,* febriculosus uel *febricosus, gambosus, gutturosus* Vlp. Dig., sch. Juu., *herniosus,* iocinerosus . . (n. 51), *leprosus,* lienosus, lusciosus . . (n. 51), *malandriosus* M. Emp. (p. 323 E, 324 C), ozaenosus Pelag. (loca quae oz. sunt), podagrosus, polyposus pA, *renosus,* stomachosus, suspiriosus pA, torminosus Cic., *tussiculosus* C. Aur., ueternosus, alia (sim. sunt *impetiginosus, intertriginosus,* pituitosus, *porriginosus* Pl. Val., *pruriginosus,* scabiosus, *strophosus,* uaricosus, *uentriculosus,* uerrucosus, *uesiculosus, uomicosus*).

hinc et ex ann. 51 addenda sunt aliquot exempla); — ad -or-osus terminata (ab -or, ōris), ut sunt 36, 48, 52, 54, cf. A ann. 32 (ubi add. 36, 48, 54); — de compositis cum in- priuatiua, ut est 30, cf. p. 79; — ad 3, 7, 11, 14, tanquam deriuata a uocibus graecis (a graeca corrupta 1), cf. A n. 8; — ad 5, 9, 27, 28, 35, 43, 53, ut deriuata ab adiectiuis, uide A n. 36 (ubi hinc add. etiam 5 et 35, cf. supra p. 71) et HA p. 27* n. 7.

-ul-entus: cinerulentus, spinulentus.

Cf. C n. 2.

-tus (participialia denominatiua): ancoratus, anisatum, caementatus, calamatum (?), caniculatus, consubstantiatus, dilemmatus, doctrinatus, holosericatus, imaginatus, impuderatus (cf. -osus 21 et 25), ingraminatus, integulatus, lenticulatus, mamillatus, nigellatum, nominatus, retiatus, sumptuatus, testimoniatus, thymatus, uultuatus, uxoratus, cauditus, gressutus.

Cf. HA p. 25*—27* et A n. 41; B n. 35.

-idus: famidus, insuccidus, uigidus.

Cf. A n. 31.

-īnus (-ot-inus): agnellinus, agnotinus (cf. ad u.), arnotinus Aldh. De septen. col. 221 (cl. Gell. IV, 3, 3: hac antiquissima lege, quam Numae regis fuisse accepimus 'pelex . . Junoni crinibus demissis arnum feminam caedito'), capreolinus, [5] cattinus, cloacinus (cf. ad u.), ericinus, gruinus, ibicinus, [10] lutina (cf. ad u.), pecorinus, secundina, struthioninus, suillinus [53]).

---

53) Ad suprascripta, exceptis 6, 10 et 12, omnia, ut deriuata a uocabulis animalium, cf. A n. 16, ubi tamen computatis exemplis cum quaedam exinde accesserint, hic omnia, quotquot nunc in promptu habeo huius potissimum generis — īnus (atque inde -illus) terminata, indidi: *accipitrina*, agninus, anatinus, anguinus, anserinus, aprinus (aprunus h. e. apruinus), aquilinus (*subaquilinus*), arietinus, [10] asininus, aruina (aruignus: aruiga), *barrinus, bebrinus*

-anus: aquilonianus, deipassianus, murana (!), parochitanus, traducianus.

Cf. de -anus finitis n. 11 et HA p. 4, 17 et 17*.

(= 25, 38), *beluinus, bouinus* (bouillus), bubalinus, *bubulinus,* caballinus, [20] *cadauerinus* (II s. u.), *camelinus,* caninus, canterinus, caprinus, *castorinus,* catulinus, ceruinus, *ciconinus,* clurinus, [30] colubrinus, columbinus, coruinus, crocodilinus, *delphininus,* equinus, felinus, ferinus, fibrinus, formicinus, [40] gallinus, hircinus, hirundininus, hoedinus, *hydrinus* (II), leoninus, *leopardinus,* leporinus, lupinus, miluinus, [50] mulinus, murinus, mustelinus, nitellinus, noctuinus (noctua), olorinus, ostrinus, ouillus, *ouinus, ouillinus,* [60] palumbinus, pantherinus, passerinus, pauoninus, pecuinus, *phasianinus,* piscina, porcinus et *porcellinus,* pristinus (pristis), [70] psittacinus Scrib. M. Emp. (si est a psittacus), pullinus, *scrofinus, serpentinus, simininus,* soricinus, struthocamelinus, *sturninus,* suillus, *suinus,* [80] *talpinus,* taurinus, *taxoninus,* tigrinus, uaccinus, uerrinus, *ueruecinus,* ueterinus, uiperinus, *uitellinus,* [90] uitulinus, ursinus, uulpinus, uulturinus, — cum supra additis 104, — uett. 65, recc. 39. Cf. adulter-inus, *amitinus, artificina, causidicina,* consobrinus (consororinus), coquinus et s. *-na,* discip(u)lina, doct(o)rina, *eunuchinus,* femininus, figlinus, *furatrinus* et *-na* s., furinus, genuinus, haruspicinus et -na, *iuridicina,* latrina (lauatrina) et -num, libertinus, masculinus, medicinus et *-na* s., Meditrina, *naccinus,* officina (h. e., ut uidetur, opificina), pistrina et -um (*pistrinus* gl.), popina (popa), puerinus, regina, sobrinus et -na, sutrinus et -na, -num s., textrinum, *-na* et adi. *-nus,* tonstrina, *uestificina, uoratrina, ustrina* et *-um;* aluinus (!), austrinus, caurinus, cisterninus, lacu(i)na, Limentinus, marinus, matutinus (cf. Matuta), Montinus, orcinus, palatinus, Portunus, Ruminus, *rupina,* scobina, tibinus (sonitus), tribu(i)nus, Tutilina (tutela), ueruina, uespertinus, uicinus; caepina, laterina, napina, salinum et -nae, tab(u)linum; — *agrest-inus, coelestinus,* Nemestrinus, *maiorinus,* paupertinus; — clandestinus (clam), fortuna, intestinus, peregrinus, pruina, repentinus, supinus, bini, trini, quadrini . .; — agina (agere), ¿ *albinus* (albare), angina, culina (colina), concubinus et -na, *foetutinae,* indicina, inquilinus (h. e. incolinus), Jugatina, *molinus* et s. *molina (molendinum), mundicinae,* rapina, ruina, ¿ sagina, Sentinus, Volutina . . Figurae deminutiuae in -inus (HA p. 25), quo pertinet fortasse mollicina (uestis) Non. Pedio ap. Non. (cl. mollicellus Catull.), exemplum certius est gemininus N. Tir. 'geminus, gemellus, gemininus'.

-aneus: extemporaneus, inframuraneus, solaneus (cf. ad u.).

Cf. HA p. 18* sq., — ad 1: contemporaneus Gell., temporaneus S. S. uers. uet. et Vulg., Aug., all., — ad 2: intramuranus Lampr. (HA p. 18), It. Al., Ambr., inscr., extramuranus Lampr., Ambr., Eges., antemuranus et circummuranus Amm. [54]).

-ensis: forensis (foris), parochensis, siliquastrensis, Turonicensis.

Cf. HA p. 17* sq., ubi allatis recc. in -ensis a primitiuis, quae non sint nomina propria ac localia, ficturae exemplis subindenda sunt int. cett. puluinensis inscr. (Bellona), salinensis inscr. Pompei. q. salinator, thesaurensis Cod. Just., — maritimensis Grom., pauitensis (pauitus) Isid. (opp. leuidensis).

-icus: acinaticus, Aeneanicus, arcuaticus, circumcellionicus (cf. ad u.), [5] compatrioticus, coxendicus (cf. ad u.), forasticus, gentilicus, glebaticus, [10] Maiorica, Minorica, neruicus, strophicus, Tingitanicus.

Cf. HA p. 19* sq., B n. 32, — ad 1, 3, 7, 9 HA p. 20*, n. 22, de expressis bifariam et in -ticus et in -tilis supra p. 122, n. 22 (quibus, ni significatione differrent, addi possent *arcuaticus, arcuatilis*), ad 1 ann. ad u., ubi add.: multaticus, multaticius [55]); ad 3, 6, 13 A n. 66, ubi exem-

---

54) Cf. *circumforanus* Lampr. Comm. 2, 8, Isid., circumforaneus, — oppidanus, *oppidaneus,* — uicanus et *conuicanus, uicaneus* C. Th. et *conuicaneus* Hist. trip., — fontanus, *fontaneus,* — Campanus, *campaneus,* — siccanus Plin., siccaneus Col., — solitanus (solus) Plin., *solitaneus* Th. Prisc.; — *cellulanus, concellanus; trans-limitanus* Ambr., *limitaneus* scrr. h. Aug., Cod. Th. Sed exstant nonnulla in -aneus deriuata a uerbis (HA p. 18* sq.), ut praecidaneus (hostia, porca), oblectaneus, uel ab aduerbiis, ut extraneus . . (l. l. p. 19*), neutra horum in -anus; contra eorum, quae -i-anus terminantur, ut prasinianus, praefectianus . ., nulla inuenio in -eus (-aneus) producta.

55) Eiusdemmodi sunt, nisi quod altera forma, in -ticius, carere uidentur: *feriaticus* Dig. dies, *foederaticus, libellaticus,* muriati-

plis add. *frigoriticus* Ven. u. Radeg. 20 'fr. aut languidus'; — ad 2, 8, 10, 11, 14 A n. 47 cl. HA p. 17 ann. (add. *aegrot-icus, burricus*).

-iacus: genesiacus, peripreumoniacus, Saturniacus.

Cf. HA p. 43 et 53*, B col. 204 sq., A n. 66.

-īlis: aquimanilis, -le C p. 2, argentile, cicindile, imbrilis.

Cf. A n. 11 et add. p. 19*, cl. HA p. 34*.

-alis (-aris): adhumeralis, aethralis (Aldh. laud. uirginit. 7 'aethralis regni gloriam', 33, carm. de laud. uirg. 867 'donec aethralem felix migraret in arcem' et saep.), affectionalis, anniuersalis, [5] aquilonaris, artificalis, bicubitalis, breuialis, carminale (n. 40), [10] co-aeternalis, cognationalis (n. 40), cognominalis, commercialis, commissalia (cf. commissaliter Sid.), [15] com-pastoralis, concausalis, corporealis, corrationaliter, coxale, (cremialis,) [20] descriptionalis, desperaliter, excubialis, exordialis, exsistentialis et -ter, [25] foculare, frumentalis, fundamentalis et -ter, gallicaris, gehennalis, [30] homicidalis, immaterialis, incarnaliter (¿ incarnabiliter), inexsistentialiter, inordinalis, [35] inspectionalis, insubstantialis, intelligentia-

---

cus. Cetera -ticus uel, ut plurimum, -aticus terminata plane sunt denominatiua, ut: *ballematicus, canceraticus* (foetor), cauaticus Plin., coenaticus, dapaticus (dapalis), *Dianaticus*, domesticus, fanaticus, *fauillaticus, gromaticus, herbaticus* (C*), *horreaticus, iuraticus* gl. (iurisperitus), *penaticus* inscr. (negotiator), *primoticus* Apic., rusticus, siluaticus, *Syriaticus* Fronto (milites), Vlp. Dig. (res), Marc. Emp. p. 291 D (pira), *tineaticus*, uepraticus Col., uiaticus, uillaticus, quaeque in genere neutro substantiue usurpantur, ut iam ap. uett. uiaticum, ita scilicet, ut adintelligendum sit 'aes' uel 'uectigal': *augustaticum, balneaticum* (synon. *balneare*), *cathedraticum, chartiaticum* (?) Vlp. Dig., *coenaticum* C. Th., *martiaticum, pulueraticum, sextariaticum, siliquaticum* (cf. *funeraticium* Dig., inscr.; minerualicium N. Tir.).

lis, laicalis, locularis, [40] luminalis, mamillaris, mancipalis, mentalis, mysterialis, [45] nouissimalis, nutrimentalis, occasionaliter, octonalis, ominalis, [50] pecuaria, ium, petralis, pigmentalis, poliaris, praeexistentialis, [55] praemialis, praeprincipalis, praesentialiter, presbyteralis, primitiualis, [60] quaternalis, quinalis, radicalis, sacramentalis, sellaris, [65] semiuncialis, seruitialis, spurcalis, stercoralis (n. 40), sublunaris, [70] subsistentialis, subtemporalis, subuentralis, supplicialis, taedialis (n. 40), [75] tenebralis, transfluuialis, trinalis, typicalis, uerbialis, [80] uesicalis, uespertinalis, uisceralis et -ter, unalis (in -aris 9).[56])

Cf. HA p. 30* et 32*—34*, A n. 82 c. add. p. 22*, B n. 29, III n. 16 (scr.: figurae in -alis (-aris) exempla uett. 393, recc. collegi 715); — ad 2, 29, 38, 44, 51, 53, 58, 78 (a graecis): A n. 38, B col. 216 (ad 58); — ad 65: A p. 79 ad u. (a pond. uocab.), cf. 7, 48, 60, 61, 83 (a mensur. uocab. uel a numeral.); — ad (deriuata ab adi.) 8, 10, 17, 38, 45 (cf. ad u. et *summalis*), 59 (cf. *aestiualis, genitiualis, inuectiualiter, substantiualis*), 67, 78, 80: HA p. 33*; — ad (expressa etiam in -arius) 4, 8, 13, 26, 28, 40, 42, 48, 50, 51, 60, 61, 63, 64, 65, 75, 77, 80: Epimetr. I, cl. HA p. 37* ann. et B n. 12; — ad 34 (etiam -abilis): C n. 16, cf. 21, 32; — ad 5, 6, 30, 40, 50, 57, 79 (quorum aliae coexsistebant formae: aquilonalis — cf. n. 56 —, artificialis . .): cf. ad 30[57]).

---

56) Irregulariter terminantur in -*r*is pro -lis: [a] (non coexsistente altera forma) uett. coquinaris Varr. ap. Non., sescennaris (!) Liu. (liminaris), recc. focaris (focus), (lagoenaris, lapidaris, lucernaris), [b] (coexsistente altera forma) uett. extaris (r. -lis), (Latiaris, linearis), recc. iugaris gl., palpebraris C. Aur., pecuaris, pecuniaris Macer Dig.; in -*l*is praecedente *l* in syllaba antepaenultima [a] uett. nulla, nisi incipientia a l lit. legalis, letalis, recc. belualis, clunalis, glebalis, lupal, plagalis (II s. u.), plumalis; [b] uett. aquilonalis (II s. u., cf. 5), recc. caelibalis, calendalis, embolismalis, linealis, palealis, palmalis.

57) Exemplis add.: coniugalis, coniugialis, *confinalis* (ps. II), *-ialis; memoralis, -rialis; noxalis, -ialis;* participalis, participialis; prophetalis (II), -ialis; — annalis, *-ualis,* Janualis, Janalis;

-arius: balsamarius, basilicarius s(ubst.), bursarius s., calycularius,[5] chrismarius s., (condimentarium s.,) constitutionarius s. A s. u., (custodiarius adi.,) cymbalaria s., denari-arius (cf. ad u.), gemellarium s., (leporarius s.,) [10] longarius, luminarium s., martyrarius s.[57a]), matricularius s., nóminarius s., [15] palpebrarius, pancratiarius s., panicoctarius (cf. ad u.), posticiaria s., quotidianarius,[20] retrarius, saumarius s., scholarius Epim. I s. u., septimanarius s., stiuarius s., [25] syllabarius s., tricesimarius (cf. ad u. et 19).

Excussis iam et copiis per glossaria suppeditatis confeci nomina deriuatiua in -arius uett. c. 500, recc. plus 780.

Cf. HA p. 37* sq.; A n. 60, III, n. 16; B n. 30; (-ur-arius, et -arius q. = -tor uel -sor) ad 17; — ad 2, 3, 5—7, 9, 11—14, 16, 18, 21—25 (substantiua): C p. 19 sq. et n. 14, cf. HA l. l.; — ad 1—5, 7, 12, 16, 21, 25 (a graecis): A n. 48; — ad 9, 10, 19, 26 (ab adi.): HA p. 38*[58]); — ad 20 (ab aduerb.): HA l. l.; — ad 4, 5, 7, 9, 11--15 (-arius et -alis uel -aris): Epim. I cl. B n. 12 et HA p. 37*; — cf. praeterea III* n. 2.

---

pascalis, *-ualis; spiritualis, -talis;* — singulariter, singillariter; *coenobialis, coenobitalis;* — brachialis, *brachiolaris;* fontalis (II), fontinalis; *meridialis, meridionalis* (cf. augurionalis N. Tir.).

57a) Quod dixit uir quidam doctus, non posse personarum uocabula declinari in -arius, sed rerum tantum (ideoque baccaria non esse repetendum ab eo quod est Bacchae, sed a bacca), uerene id dixerit, haec declarant exempla: Bellonarius, Carmentarius, Catilinarius, Februarius, hercularia, Januarius, Junonarium, libitinarius, uenerarius.

58) Adiectiuorum in -arius declinatorum ab adiectiuis (h. e. a meris adiectiuis, non substantiuatis, et significatione adiectiuali deriuataque a primitiuo) exempla sunt: primarius, secundarius, *magnarius, plenarius* (II), *uicinarius, mutuarius, caducarius,* crudarius Plin., *breuiarius* (-um s.), *nefandarius* N. Tir. et gl. Is., *paratarius* (?), *passarius, rusticarius* gl., *stantarius.* Deriuata a numeralibus (cardin. et distr.), ut *quingentarius, binarius, millenarius* .., omisimus.

-or-ius: uide in n. 30 (ubi add.: *armificatorius, transmissorius*, et corr.: *calatorius, praediatorius, repositorius*).

Cf. A n. 7, B n. 36 et n. 8, cl. HA p. 39*.

praeterea in **-ius** (simpl.): opificius (cf. munificius Dig.)

numeralia in **-plex, -plus, -farius**: sexcuplex (cf. p. 156); septuplus adi., milluplus; septifarius (cf. A n. 80, p. 96).

composita: I **praepositiua** *):

ambi-dexter, ambisinister.

ante-nouissimus.

co-aeternalis, coamens, coingenitus, comblasphemus, compallidus, compastoralis, comperditus, compersonalis, compestilens, [10] compraesens, concausalis, condesperatus, congeminus, consacrilegus, consceleratus, conscotinus, conserpentinus, consubstantiatus, conuiperinus, [20] coomnipotens, corrationaliter.

Cf. p. 25 et B n. 5.

im-producibilis (?), insubstantiatus.

intra-coelestis (cf. supra-).

per-apertus, perassus, percalidus, perdefessus, perfatuus, perfragrans, perhumilis, perimpius, perinquietus, [10] pernitidus, perobtunse, peroccultus, peroptatus, perplures, perprocliuis, persecurus, persordidus, perstultus, peruarius (Cf. III n. 6, cl. HA p. 26).

prae-aeternus, praeconspicabilis, praeexcelsus, praemagnus, praeprincipalis, praesagax (Cf. C n. 8, cl. HA l. l.).

---

*) Inter quae censentur omnes quaecunque uoces per se ipsae constantes (ut est uagus, non est -loquus, -membris) praefixo qualicunque, licet declinato (tri-, alti-) noscuntur praeauctae ita, ut tamen ipsae illibatae permaneant atque indeclinatae, significationemque suam retineant integram aut certe parum immutatam: co-amens, male-sanus, semi-correctus, bi-potens, alti-uagus.

re-burrus.

sub-clausus, subcommunis, subspissus, substypticus, subtemporalis, subtremulus.

Cf. A p. 85.

super-plenus, (superrepletus,) [2] supersubstantiuus.

Cf. ad 1 *superdimidius* et, super- superlatiue imposita, *supergloriosus, superlaudabilis,* ad 2 *supersubstantialis, supermundialis, supernaturalis, superterrenus,*

supra-coelestis [59]).

in- (priuat.): illaedibilis, illicenter, imbenignus, immaterialis, [5] immensibilis, impalpabilis, imparcenter, imparticipatus, impartilis, [10] impassionabilis, impatefactus, imperagratus, impoenitibilis, impraescius, [15] impraestrictus, impraetermisse, impraeuaricabilis, improficuus, impudefactus, [20] impuderatus, inacceptibilis, inalienabilis, inambiguus, inamplexibilis, [25] inattingibilis, incaducus, incarneus, incircumspectus, inclinabilis, [30] incoercitus, incoinquinabilis, incolatus, incomminutus, incommonitus, [35] incompos, inconculcabilis, inconsubstantialis, inconsub-

---

59) Cf. sup. intracoelestis. Quae profecto si uinacia linguae latinae genimina esse crederem, ac non potius unius grammaticastri caduca conamina, non pro consarcinatis e praepositione et adiectiuo computarem, sed ex aduerbiali praepositionis cum nomine constructione (supra coelum) concreta esse intelligerem. Ceterum cf. *subcoelestis* et *supercoelestis* Tert. et postt. (III), *intercoelestis* Cl. Mam., *subterrestris* intpr. Iren.; intermestris, bimestris . . (bimenstruus, bimensis . .); illustris (in luce), sublustris (praelustris syncop. e prae-il-lustris, ut *praerogare* e praeerogare C*, *praeminere, praelectio* ap. Fulg. Rusp. Erg. II 'praeelectio'), — et alia praeterea -stris (-stis, -ster) terminata: agrestis, campester (-tris), equester (-tris), Fanestris, *lanestris,* Nemestr-(inus), palustris et -ter *(paludestris),* pedester (-tris: HA p. 69), *rurestris,* segestre, sequester, siluestris (-ter pA), *tellustris, uallestris* (n. pl. Ambr. fug. sec. 5, 31 al., cf. Gg. s. u.).

stantiuus, inconsumptibilis, [40] incontrectabilis, incontristabilis, incontritus, inconuincibilis, inconuulsibilis, [45] incorporatus, incorreptibilis, increabilis, incunctabundus, indecliuis, [50] indecorosus, indeflexibilis, indefloratus, indeliberanter, indeminutus, [55] indemutatus, indesignatus (?), indicibilis, indirumpibilis, indiscernibilis, [60] indiscissibilis, indispertibilis, indissimulanter, indissociatus, indiuisiue, [65] indomitabilis, inemigrabilis, inerratum, inexcessibiliter, inexcruciatus, [70] inexinanibilis, inexitiabilis, inexperibilis, inexplorabilis, inexquisitus, [75] inexsistentialiter, inexustus, infiguratus, infrenabilis, infructiferus, [80] ingenerabilis, ingraminatus, inindigens, ininitiabilis, inobdormibilis, [85] inobsecrabilis, inopportunus et -ne, inordinabiliter, inordinalis, inseducibilis, [90] insubditus, insubuertibilis, insubportabilis, insubstantialis, insuccidus, [95] insufferibilis, insustinibilis, intaminabilis, integulatus, intenibilis, [100] intentabilis, intitubabilis, inturbabilis, inuersabilis, inuersibilis, [105] irrecessibilis, irreconciliabilis, irrefragabilis, irrefrenabilis, irreuerberatus (n. 40), [110] irreuolubilis.

Ad 8, 11 sq., 15 sq., 19 sq., 28, 30, 32—34, 42, 45, 52, 54—56, 63, 67, 69, 74, 76 sq., 81, 90, 98, 109 (a part. perf.) cf. B n. 44; ad 2, 7, 53, 62, 82 (a part. praes.) B 11 et 45; ad 27 A n. 50; ad 50 supra p. 79 ad u.; — absque in- non exstant, quod sciamus: 1, 5, 7, 21 sq., 24 sq., 29, 36, 41, 44, 46, 51, 53, 58, 60, 65 sq., 68, 70, 72 sq., 78, 79 (-fer exstat), 81, 84 sq., 91 sq., 95—97, 98 (tegulatus Macer Flor.), 99—102, 105—8.

male-fidus, malesanus (ubi uid.; — cf. recc. maleblandus, malecastus, maledulcis, malefaber, maleferax, malemerens).

semi-aridus, semicorrectus, semigelatus, semimixtus, semiuacuus, semiuigil.

Cf. n. 46 et A n. 62 (ubi add. 2).

bi-potens, quadripotens et tripotens (B s. u.

bipotens), flammipotens, [5]membripotens, splenditenens; — magni-loquax, uaniloquax, uentisonax, [10] carniuorax; — omni-scius (cf. ad u.); altiuagus, gyrouagus, ludiuagus, [15] lustriuagus, soniuagus.

